



CASP. BARTHOLINI
R H E T O R I C A

*Mandato Sereniss. Danicæ,
Noruegiæ &c. Regis*

EDITA
Pro scholis Cathedralibus
& Collegijs

Cum Gratia & Privilegio



H A F N I Æ,
Jam verò ex Hallervordiano
bibliopolio Rostoch.

ANNO M. DC. XXX.

*Serenissimo ac Potentissimo Mo-
narcho & Domino,*

DN. CHRISTIANO IV.

Daniae, Norvegiae, Vandalorū,
Gothorumq; Regi, Duci Slesvici, Hol-
satiæ, Stormariæ & Dithmarsiae, Co-
miti Oldenburgico & Delmen-
horstio,

Domino suo clementissimo.

Quod facere à Sereniss. Regz.
T. Maj. iussus sum, ad exci-
tandum illud Sapientiae Tē-
plum materiam, calcem &
camenta ut comportarem; debitā
subjectione atq; humilimo studio, iis
consultis, quibus bonæ artes animam
hodie & spiritum debent, expedire
conatus sum. Juventuti hac occasio-
ne, cui à juventute operam pro re &
copia condixi, viam ad illud, quā no-
vi monstrare, faculamq; quam potui
claram allucere (ut cum Plautina Mu-
sa loquar) aggressus. Utinam auspi-
catis

cato utinam aliqua ad mentem imper-
ratis! Utinam bono inventæ, quæ ab
his artibus & Musis non averfa! Præ-
structa autem modi benè dicendi stru-
ctura rectà ad R. M. T. itionem ma-
turat, tamquam ad ipsum magnum,
ut sic dicam, ædilem: qui in tantâ
pro patriæ immò melioris orbis Eu-
ropæ jam nutantis salute, curarum
mole, in hoc totus tamen est, ut pie-
tatis officinæ virtutumq; seminaria
non proletariâ aliqua aut tralatitiâ,
sed accuratâ ratione instituantur: vel
quod idem est; non tam regna mundi
ut stabiliantur (quò pleriq; mundi
principes arcum satis dirigunt) quàm
supercoelestia illa quæque iis subser-
viunt, quærantur: id quod vero ve-
rius est *Regna pietate formare*, Regēq;
dum tot alibi ab antiquo usq; ævo ad
hoc nostrum intra primas memoriæ
metas corruunt, per omne ævi tem-
pus plenis gloriæ velis ferri. Invulgar-
tum est: *Omni bus bonis oportere plus
gloriæ quàm divitiarum esse.* Quid-
ni etiam, *Omni bus regibus oportere plus*

A. 2.

plus

plus gloria esse & virtutis, quam auri &
regnorum? Tu, Sereniss. Rex, licet utroque bonorum censu ab Altissimo præ aliis Regibus abundè es cumulatus: priori tamen, eâ abundantia; ut ob virtutes, quæ supra hominem sunt, non rex tantùm à Deo unctus, sed universo etiam orbi Boni sis Regis spectamen. Fidem à rebus facerem, nisi in ore essent & oculis omnium Bella innumeris triumphis & gloriosissimè gesta: tot frequentatæ ex universo meliori mundo ad R. T. M. regum & principum legationes, tamquam ad Numen quoddam & Oraculum, quod in illa virtutum specula eminus venerantur: tot urbes, castra, propugnacula, arces, armamentaria, classes, portus, pontes, turres, viæ publicæ, aquæductus, palatia, in regnis tuis te regnante partim reparata, partim & vel maximè de novo parata; quibus laudes avorum & atavorum unus exhausti: quodque caput rei est, & primo dicere debuissim ordi-
ne

ne, *Pietas* sinceræque religionis &
scientiarum propagatio sub tuo im-
perio eousque *firmata* & adaucta; ut
nullis non Musarum exteriorum se-
dibus ditiones tuæ palmam faciant
ambiguam. Cæterum adoræ &
laudum hoc limen libo duntaxat non
penetro, quia virtutum tuarum sa-
crarium eloquentiæ penecillo nè ad-
umbret quidem aliquis Tullius. Rex
ille Regum Sereniss. Reg. Maj. T.
virtute & salutè porrò mactet, ut
Christiano orbi imprimis patriæ vir-
tus ac salus perennent. Dabam Hat-
niæ ipsis Kal. Febr. Anni 66 1633.

Sereniss. Reg. Maj. T.

subjectiss.

CASP. BARTHOLINUS.

A 3

AD

249

Ad Lectorem

Benivolum.

DUlm circumfusum illum Eloquen-
tia Oceanum per angusta alveo-
rum diverticula in has fossulas iussu ma-
gni Regis mei compello, mi Lector, non
sum nescius, non nemini operam hanc
parvam visum iri atq; abjectam, potiori-
bus pompam & speciem fortè habentibus
studii minusq; in vulgum notis impen-
dendam. Bonis vero & rectè judicantibus
facile erit meum ut probem institutum.
Quamquam enim in hac arena laudem
querere in animum nunquam induxif-
sem meum, nisi summi Magistratus impe-
rasset autoritas, atq; ad hæc scribenda
animasset Academia nostra Conservator
Magnificus & Perillustris Heros, Dn.
CHRISTIANUS FRISIUS, de Kra-
gerup, Eques auratus, Reg. Maj. Cancel-
larius Magnus & Regni Danie Senator
primarius, Mecenas meus benignissimus:
annos tamen meos adhuc florentes opera
eæ non admodum dedecet, sine quama-
gna

igna illa & praecleara consistere minimè
possunt. Quid? quòd octuagenarius etiam
Plato non cessaverit expolire sermones
suos, praecipue verò ut ipsos ornaret; id
quod P. Victorius Dyonisium Halicar-
nassaeum laudasse refert. Et supra vulgum
hanc bene dicendi artem esse de facili
advertat, qui non limis varia veraq; fun-
damenta ab omnibus haecleuus Rhetori-
bus sive ignorata sive neglecta adspiciet,
adunatis quae rectè in hoc genere idem
docuerunt momentosioribus. Dolendum
autem complures harum carere artium,
quos senatores & dictatores audire equum
esset huius curiae, in margine tamen ad-
huc haerentes & finibus, nec orationem
confectari validos, nisi quae ut oves Aego-
ris Virgiliani vix ossibus haereat, sine
succo & sanguine, dilutam, famelicam
& enectam: ut caussa satis sit, non perve-
nire ad frugem bonam juniores per mul-
tos, systematum ac praecceptorum genui-
norum defectu, docentiumq; inscitia, va-
riationibus, ad calamum dictationibus.
Quo postremo onere in Scholis & Gym-
nasiis

positis ut posthac supersederetur, nè tyro-
nes tam pertinacem frustra susceptum
laborem pertasi resiliant, compendia va-
ria promi Magistratus voluit, eaq; à di-
scipulis Praceptorum ope enucleari,
exemplis illustrari, strenuè urgeri: ut
lectiones solidum operæ rependant pre-
mium. Memoria tyronum insigi quæ ma-
jusculis expressit Calcographus; mediis
expressa typis, paulò provectioribus; mi-
nimis autem excusa, docentibus & stu-
diosis inservire, in rem fuerit. Ego qui-
dem splendidius & copiosius systemata
petuissem in lucem edere singula (præ me
fero) at juniorum captui & memoria
fuit consulendum. Eapropter sciolos &
zoilas qui invidebunt, Orbilios qui car-
pent, animi desipientes qui damnabunt,
videbo magis quam metum: nec mole-
stiam mihi creabunt sed jocum. Solent
enim quidam, ut discipulis scientiæ alicui-
jus futurâ subnixi videantur, virgulâ
censoriâ jam voculam aliquam notare,
jam præceptum aliquod, quod quia mi-
mùs intelligunt, aut prius per strepitum
ab

ab aliis non audiverunt, non probam.
putant. Hisum fertam ducere infra me
fuerit, & doctos, meam vicem si qui con-
tra perversè acriculos tales responsuri.
Eruditionis pulveris Magistris non infi-
rebor, granarium multum tam perpurga-
ti esse leguminis, in quo non manipulum
aliquem è vicia aut lolio colligat, aliquis
curiosior; & juxta monituris meiora,
modò ex solidis fundis & fundaminibus,
cedere paratus ero. Ceterùm priusquam
valere te jubeam, mi Lector, & b. sce frui,
recenseri tibi eos, quorum ope in Rhetori-
cis & Oratorijs adjuti sumus, equitas ipsa
postulat. Inprimis Thaleti & Mecanati
meo, Generoso & sapientie utriusq; Phe-
niti, Dn. OLIGERO ROSECRANTZIO,
Domino de Rosenholm & c. fundamentum
novum illud & genuinum troporum ac-
ceptum referes, qui illud ex inexhausto
sapientia sua pexu mihi & tibi commu-
nicare voluit. In specialis Oratorie par-
tibus quibusdam non parum contulere
Kebermanni edita meditationes quam-
quam pro re natà plerq; in melius, ut

confido, mutavi, multa exaucti, plura
 contraxi. Ex ceteris præstantioribus qui
 Rhetoricam ejusve partes illustrarunt,
 potiora selegi inq̄ usum meum apes imi-
 tatus transtuli: quorum nescius nè esses,
 nomina subjungo, teq̄ Lector Candide
 Valere jubeo.

Leur. Antiq. Leonting.	Just. Lipsius.
Athonius.	Melanthon.
Aristoteles.	Quintilianus.
Anton. Burchardus.	Jo. Resenius.
Judob. Carbo.	Riceobonus.
Dab. Chytraeus.	Rotterdamus.
Cicero.	Scribonius.
Dan. Cramerius.	Ad. Siberus.
Cunr. Dietericus.	Cypr. Soarez.
Matth. Dresserus.	Jo. Sturmius.
Fabius.	Aud. Taleus.
Rud. Goclenius senior.	Frid. Taubmannus.
Hermogenes.	Hier. Treutlerus.
Stelch Junius.	Corn. Valerius.
Barth. Keckermannus.	Gerb. Vossius.
Abb. Leoninus.	

PRO.



PROOEMIUM

DE DEFINITIONE
ET DIVISIONE RHE-
TORICES.

RHETORICA est ha-
bitus instrumentalis di-
ctatione animum percel-
lendi ad persuadendum.

Definitum *ῥητορικὴν*
(subaudi *τῆς* *Χρη*) derivatur à voce
ῥήτωρ, quæ denotat latius 1. *Causidicum*
& *rabulam*. 2. *Judicem*, qui propriam
suam sententiam exponit. Strictius *Ora-*
torem, qui non potentiori tantum & ani-
mum percellente sermone, sed & sapien-
ter ad persuadendum dicit: quæ acce-
ptio *Rhetoricam* propriè dictam & *Ora-*
toriam comprehendit. Strictissime &
propriissime eum, qui dicit animum
commovente & vehementius percel-
lente quodam orationis flumine.

A 6 "Ρητορ

E. BARTHOLINI

"Ρῆτῆς enim vel ῥήτωρ, sicut ἔρ
 ῥητὰ dicenda, ἔρ ῥήτωρ vel ῥήτορ dictio
 dictum, verbum, sententia, oratio, &c.
 derivantur à verbo ῥέω significante l.
 dico, loquor, eloquor, &c. licet tam de-
 rivata usitata sint, secus quàm primiti-
 vum ῥ. fluo, quod competit non liquidis
 tantùm rebus apud Græcos, sed ἔρ igni,
 telis, verbis, alijsq; que impetu quodam
 ἔρ celeritate feruntur. Rhetorica ergo
 idem quod Eloquentia (ut habet Quin-
 til. lib. 2. cap. 1. ἔρ 14 licet aliquando
 Eloquentia Oratoriam tantùm significet,
 que in agendis causis, populisq; ad ali-
 quid excitando posita est, cum ipsis con-
 junctâ rebus) docet dictionem penetran-
 tem, fluidam ἔρ copiosam. Hinc male aliq;
 à ῥήτορ ἔρ deduxere; cum hac vox à
 prioribus potius deducatur ἔρ dependeat.
 Nam ἔρ apud Aratum ἔρ Ciceronem E-
 pist. ad Attic. 16. lib. 15 rana ῥήτορ ἔρ ῥήτορ,
 quando idem idem coaxantes, quasi de-
 clamitant ad futuram pluviam.

Accu-

Accuratè loquendo differunt ῥήματα
 ἔν λόγῳ. Λόγῳ ἄλλο τι σημαίνει ἔν
 intellectu representat, vel ut oratio in-
 tegralis, vel ut dictiones plures, vel ut di-
 ctio unica: non enim est λόγῳ, nisi λέ-
 ξιν suam habeat ἔν τι σημαίνει: ῥήματα
 autem est verbum ut fluens per os in au-
 res ἔν oculos, vel sermo ut in fluxu, ali-
 quando nil significans, ut Βλαδρι est qui-
 dem ῥήματα sed non λόγῳ. In sacris equi-
 dem ῥήματα non reperitur quin sit λόγῳ,
 aliter tamen consideratur vox ut ῥήματα,
 aliter ut λόγῳ. Et donum est ἐρμηνείας
 posse λόγῳ ἄλλοις αἰσῶν, aliis ῥήμασι profer-
 re, dummodo λόγῳ Spiritus sancti ser-
 vemus. Variis ergὸ ῥήμασι eadem esse
 potest λέξις ἔν unus λόγῳ; ut liquet
 tam in linguis diversis; tum in una eā-
 dem ἑ: ut pauper, egenus, inops, ἔν. di-
 versa sunt ῥήματα, quorum idem λόγῳ
 quippe unius rei; licet ejusdem rei variè
 esse possint perf. Etionis gradus, qui in sa-
 cris attendendi in λόγῳ quorumcumque

λέξις

C. BARTHOLINI

λέξι, ut quo λέξω gradu λέξτὸς sus-
 cipienda sit λογῶ quisq; debita post-
 modum ἀκριβοῦς dignoscatur. Quamob-
 rem cum λόγοι dicantur, quia non nisi
 λόγῃ vel mentis sunt, quae exterius λέξῃ
 ἔσφι profert, quod alias interius λέξῃ vel
 λόγῳ format: hinc λογῶ dicitur qua-
 tenus λέξω eius est simulacrum, quae
 conceptum λόγῃ interioris mentis expri-
 mere comparata est: ῥῆμα vero quate-
 nus eandem exterius effert. Eadem, in-
 quam, vox λογῶ est menti interius
 ἐνέργω; ῥῆμα est sensibus, sui eidem
 menti exterius ἐνέργω. Hinc etiam quā-
 do vel verba quasi numerato designari
 vult Dei spiritus, vel eorum in relatione
 ad sensus externos fit mentio; vox adhi-
 betur ῥῆμα: vocis autem λόγῳ fre-
 quentior est usus, ubi ad λέξιν, senten-
 tiam ἔσφιν mentem potissimum est respectus.

Accipitur ergo hic definitum, non
 ut simul Oratoriam includit, distin-

ctum

RHETORICA.

8

Quum quippe habitum a Rhetorica, & di-
 stinctis preceptis expropter a nobis exhibendum, sed pro Rhetorica specialiter
 & proprie dicta, communi non Oratoria
 tantum, licet hujus precipue; sed alia-
 rum etiam facultatum ac scientiarum
 instrumento.

Differt enim Rhetorica ab Orato-
 ria: quamvis communi loquendi consue-
 tudine tam a Grecis quam Latinis, mo-
 do hæc pro illa & vice versa sumatur,
 modo etiam alterutra utramq; significet,
 1. Genere, ut definitiones utriusq; osten-
 dunt. 2. Esse potest quis Rhetoricus,
 tropicè & figuratè eloquens, licet non sit
 Orator. At non contra: Orator enim non
 est, qui non prius Rhetoricus, sicut Rheto-
 ricus nemo, nisi prius Grammaticus: &
 priusquam orationem verbis potentio-
 rem efficiat, ex Grammaticis in promptu
 tibi prius habenda, quæ pura, perspicua,
 usitata, efficax & emphatica &c. 3. Fi-
 nis Rhetoricæ est potentibus verbis vi-
 delicet tropicè vel figuratè movere
 audi-

C. BARTHOLINI

auditorem ut persuadeatur: Oratoriæ
verò perspicere quid in re quâq; ido-
neum sit ad persuadendum. Unde Cice-
ro officium Rhetoris esse vult, docere,
movere & delectare. 4. Rhetorica ser-
mocinialis est doctrina, uti & Gram-
matica; Oratoria rationalis, ut suo lo-
co dicetur, sicuti & Logica: quavis suo
respectu & considerandi modo.

Unde Rhetorica latius accepta, prout
Oratoriam etiam includit, rectè atius di-
citur partim sermocinialis, partim ratio-
nalis, maxime verò rationalis, quia O-
ratoria nobilior: docens materiam elo-
quentiâ ornandam invenire, proposicio-
nibus & argumentis communicare, rectè hæc
omnia disponere &c ut finem consequa-
tur. 5. Diversam planè esse Rhetoricam
ab Oratoria Dietericus se scire ostendit
duplici edito systemate, uno Rhetorico,
altero Oratorio, Scaliger autem amplif-
simi ille ingenij vir, quem Casaubonus ju-
re merito Virbium Stagiritam, qd redi-
vium Aristotelem appellavit, Exerc. 1.
sect 3.

R H E T O R I C A .

9

sect. 3. non parum hac de re adsequutus
 est, cum insit contra Cardanum: Verùm
 nè Rhetorica quidem cum Oratoria
 eadem est. Quippe ars Rhetorica ora-
 tioni ornatum atque vim apponit ad
 persuadendum. Oratoria est facultas
 utens illius instrumentis. Oratoria est
 politica pars Rhetorica vero λογική:
 cujus tertia portio Grammatica est
 &c. Et aliquid vidit Goclenius lib. 1.
 probl. Rhetor. 7 ubi distinguit inter Rhe-
 toricam & hanc Rhetoricam, Oratoriam
 que præter elocutionem & actionem in-
 ventionis & dispositionis leges adhibet.
 Hinc rectè idem probl. 8. lib. 1. Præce-
 ptorum οὐκ ἔστι, quod tantùm orna-
 tum sermonem respicit, pars Logicæ
 non est, sed ars prorsus ab ea separata,
 & distincta à Logica, & quidem est
 ars sermonicatrix &c. Et probl. 11. Si
 Rhetorica intelligitur cum veteribus,
 ut Aristotele, pars quædam vel propa-
 go, & tamquam germen seu virgul-
 tum quoddam Dialecticæ & Ethicæ,
 quasi

C. BARTHOLINI

quasi è radicibus ipsarum pullulans
ac prodiens, vel facultas ex pluribus
artibus procreata conflataque, ut è
Dialecticà, ex Philosophià morali, è
Jurisprudèntia, è doctrina de ornatu
orationis, &c. Interim tamen eorum in
castra non transimus, qui Oratoriam cum
Logicà magno confusionis errore eam-
dem fecère.

Aliis differunt, quòd Rhetor, nonnullis
docens, artis præcepta duntaxat tradat;
Orator, qui nonnullis dicitur Rhetor ci-
vilibus, forensis & operans, in forum pro-
deat ad agendas causas & utilis populo
persuadeat.

Genus formæ locum obtinens, est ha-
bitus instrumentalis, id est, instrumen-
ta efficiendi.

Ideo ipsa Rhetorica Philosophiæ in-
strumentum uti & Logica (cujus natu-
ra hauriatur ex Logica) non ut intelle-
ctus operationibus dirigendis inservit,
tum enim Logica dicitur; nec ut memo-
ris, & dicitur Mnemonica; nec ut ser-
moni

R H E T O R I C A .

TO

moni simplici, puro & emendato, quem
vulgò congruum vocant, & dicitur Grā-
matica; sed ut potentiori mentemq; a-
crius percellenti, quem vulgò ornatum
vocant, diciturq; Rhetorica.

Alioquin laxiori appellationis licen-
tiā Rhetoricam modò artem, modò scien-
tiam, disciplinam, doctrinam, facultā-
tem &c. cū Oratoribus minùs de Philo-
sophica & c. & c. sollicitis appellare po-
teris. Quamquam autem rectius ars di-
citur Rhetorica, quàm scientia: sicut &
Saltatoria, histrionica, Musica &c. quæ
adminiculo corporeorum membrorum
sunt, licet opus non relinquunt, magis
referant artem, quàm scientiam: attā-
men rigidè proprièq; loquendo, per
artem Rhetorica definiri non potest,
cū *μητινῆ* non sit, ut in *Logicis* de
arte dictum. Si dicas 1. Orationem esse
opus vel etiam à Rhetorica: Respondetur:
Orationem, ut lingua profertur, non esse
opus Rhetoris, sed scribæ: ut in conceptu
est, minime utiq; externum opus esse. Et
ubi

C. BARTHOLINI

ubi dabis materiam orationis sic stratam,
sic extra positam, forma quadam eum
primatur, sicut ferrum fabro objicitur,
cui forma clavi imprimitur?

Finis internus primarius vel officium
est potenter vique animum per-
cellente, id est, tropicè vel figuratè D I-
CERE, adeoq; etiam scribere.

Scriptio enim dictionis est ομοίωσις.
Quod namq; Grammaticus nude & sim-
plicitè, pure tamen proponit, hoc Rhetor
vehementius, acrius & urgentius an mo-
auditoris infigit, eumq; percellente qua-
dam Suada movet excitatq;.

Malè ergo addunt alij cum Quinti-
liano & Taleo 1. Sapienter. Materiam
enim & argumenta inventionis hæc vo-
cula insinuat, Oratorie competens. 2. be-
nè, quæ generalis nimium vox. Gram-
maticus enim etiam benè dicit, sed citrà
hanc vim & percellendi potentiam, Rhe-
toricus benè, ac cum vi dictâ, quæ ser-
monem bonum, purum & emendatum
presupponit; ac Grammaticus non statim
Rhe-

Rhetoricum includit. Si dicas cum Gø-
slenio lib. 1 probl. 4 per benè intelligi
idem quod ornatè, aut quidquid foris
nos requiramus, ambiguitas oritur, non
leve definitionis vitium.

Hujus finis interni primarij conse-
queus est ornatus, quo nomine ipsum
antecedens nonnunquam indigitatur.
Ornatum verò consequitur.

Delectatio. Delectare hîc est verbo-
rum sententiarumque ornamentis vo-
luptatem in audientium vel legen-
tium animis gignere: In orationibus,
concionibus, colloquiis, epistolis, descri-
ptionibus urbium, fluviorum, anima-
lium, nationum, fabulis, alijsq; quibus-
cunq; sermonibus etiam extra forum, de
Theologia, Jure Medicinâ, Philosophiâ
utraque Theoreticâ & Practicâ, hac præ-
sertim.

Malè ergo hætenus unum corpus qua-
si ex Rhetoricâ & Oratoriâ coagmenta-
runt, adeoq; in Rhetoricis orationis par-
tes materiales juxta & formales tradi-
derunt.

C. BARTHOLINI

derunt. Error autem auctorum inde pul-
lulavit, quod & ut plurimum conjuncta
in usu & praxi sint facultates, & anti-
qui ut plurimum utramq; excolendo con-
junxerunt.

Secundarius finis internus est ad a-
liorum dicta atq; scripta intelligenda
& judicanda.

Finis externus vel usus est persua-
dere, scilicet dictione vel verbis po-
tentibus.

Oratoria quidem etiam persuadere
conatur, at non verbis, sed rebus & ar-
gumentis in quacung; questione proposi-
ta. Quod autem dicitur *πειθω*, suadela,
persuasio, vel vis persuadendi etiam in
λογος αυθραπτικος σοφικος, satis col-
ligere est ex 1. Cor. 2, 4. Porro finis hic
externus ut rectius intelligatur, conjun-
gantur ea quae de fine externo Oratoriae
inibi inculcata sunt.

Efficiens Rhetoricae generatim pro-
prie sic dicta Rhetorica simul & Ora-
toriam sumpta cum inquiritur, Siculis

BARB

eam ceu inventoribus adscribunt Laë-
 rius, Aristoteles, Cicero & Quintilianus.
 Nam Empedocles Agrigentinus primus
 aliquid ex Rhetoricis scripsisse fertur, mox
 Corax, Tisias, Syracusani; & utidem Si-
 culus Gorgias Empedoclis, ut volunt, di-
 scipulus. Eodem ferè tempore vixerunt
 Protagoras Abderites, (cujus loci com-
 munes illustrium disputationum circum-
 ferebantur, & ab eo artem decem milli-
 bus denariorum didicisse fertur. Evath-
 lus) Prodicus Cojus, Thrasimachus Chal-
 cedonius &c. A Gorgia multi, in quibus
 insignis Isocrates, profecti: quibus suc-
 cessere complures Rhetores egregij. Hunc
 Aristoteles imitatus, pomeridianis horis
 Rhetoricam docere cepit, de qua scripsit
 etiam ut copiosissimè, ita elegantissimè.
 Scripserunt etiam Hermagoras, Hermo-
 genes, Halicarnassius & alij, artis utili-
 tate & honore inescati. Romanorum pri-
 mus aliqua circa Rhetoricam condidit
 M. Cato Censorinus: post M. Antonius.
 Perfecit autem Eloquentiam dicendo,
 scri-

C. BARTHOLINI

scribendog, Cicero, quem prater ceteros eloquentissimus imitatus est Quintilianus. Aristoteles primam Eloquentia originem Poëtis tribuit, quibus simulati Oratores dicendi rationem gratiorem & moderatiorem elegerunt obiectâ lasciviâ Poëtica; quod ipsum Poëta cum Comœdiis & Trœgædiis solutiori dicendi genere scriberent, factitarunt.

Efficiens adjuvans & perficiens est multiplex, quâ Eloquentia comparatur.

1. Natura vel ingenium mediocre, sed iudicium acrius. Hinc nature ipsius habitus, ut ait Tullius, multi sine doctrinâ per se ipsi copiosi & ornati exstiterunt.
2. Ars, quæ dux certior naturam excolit.
3. Exercitatio, utramq; perficiens studium, labor, prudentia, multa lectio, experimenta, imitatio, rerum variarum scientia & usus, consuetudo. Vide requisita Oratoris.

Materia Rhetorice specialiter dicta (exclusâ Oratoria) est Dictio quæcunq; (quam tamquam subiectum sibi inuicentur)

ur) vel simplex, uel uis uocis, in quâ
tr opus; vel conjuncta sententia seu
orationis, in quâ figura.

Subiecti ergo materiale sunt dictio-
nes omnes: sicut in Logica & Oratoria
res omnis. Sed quia hoc subiectum est
commune, Grammatica etiam quod de-
betur, ad stipulante Scalig. lib 4. de causis.
L. L. cap 76. ideo subiectum proprium
fit cum dicimus: dictiones quatenus
animum auditoris percellunt, & con-
sequenter ornatu splendescunt.

Formale hoc subiecti est; sicut in
Grammatica formale est, ut dictio sit pu-
ra & simplex, uulgò congrua. Vel quod
idem: In Grammatica & Rhetorica di-
ctionibus notiones imponuntur secundo
inservientes; illi pro congruis futuris;
huic pro ornatis: ut iam ita consuetudine
loquamur uulgari.

Notandum autem suos habere quam-
libet linguam peculiare loquendi modos
figuras, emphases, affectus, propriamque
gratiam & venustatem, que alio Idio-
mate

B

mate

C. BARTHOLINE

mate exprimi æque & integra reddi non
possunt Unde Orationes Demosthenis præ-
stantissimæ multum excellentiæ in lingua
latina amittunt.

Huc referatur Effectus, qui in Oratoriis.

Quia verò percellens suadela seu per-
suadendi conatus (quem posthac Suadam
appellabimus) vel est internus, dictioni
juxta & scriptioni conveniens; vel ex-
ternus, membris corporis in voce & gestu
peragendus, ideoq; non nisi inter dicen-
dum utilis. Hinc.

Dividimus Rhetoricam in partem
generalem & specialem. Generalis est
quæ dictioni juxta & scriptioni com-
petentem Suadam explicat internam,
tam primariam quàm secundariam.
Specialis, quæ externam non nisi in-
ter dicendum utilem enucleat, quam
alii actionem vocant, in voce & gestu
consistentem.

Eam quæ in voce est, pronunciatio-
nem communiter vocant, partem Rhetor-
icæ, gestus actionem improvidè negli-
gentes

gentes. Partem communem Elocutionis nomine indignant: (Alij vocant exornationem, Græci nonnulli, & cum his Quintilianus $\Phi\epsilon\gamma\iota\omicron\nu$, Aristoteles $\lambda\epsilon\gamma\omega$, Demetrius Phalereus $\epsilon\pi\mu\eta\nu\epsilon\iota\alpha$ quia mente concepta interpretamur & exprimimus, alij Græci $\epsilon\pi\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\iota\alpha$ mentis denunciationem) Et tres alias addunt; inventionem, dispositionem & memoriam, ut in universum sint quinque partes Rhetorices. At inventio & dispositio sunt partes Oratoriae facultatis, ut in ea dicemus, & nullatenus Rhetorica: Memoria autem, si naturalis est pars alius cuius habitus acquisiti minimè audire poterit; si artificialis, distinctus oritur habitus Mnemonicus, non in Rhetoricâ modò & Oratoriâ, tanquam instrumentum, utilissimus, sed in quibusvis simul facultatibus, scientiis & artibus. Neq; Oratoriae pars esse potest Memoria: licet enim ei hæc sit necessaria, tamen non propria: ita enim ei necessaria sunt & Grammatica, Rhetorica &c.

B 2

P A R S

C. BARTHOLINI

PARS GENERALIS,
quæ de Suada interna.

Interna vel est primaria, vel secun-
daria.

Primariam absolvunt Tropus &
Figura Ille unius vocis seu dictionis:
hæc plurium vocum, id est, totius alicu-
jus sententia & sermonis.

Unde Cic. in orat. Ornatus ait, Ora-
tionis aut in singulis verbis statuitur
(ut in tropo) aut inconjunctis (ut in
figura.) Presupponere enim & præscire
Rhetorem oportet ex Grammaticis & af-
finibus, priusquam sermonem ornatum
faciat, quomodo eum reddat 1. Con-
gruum legibus Grammaticis. Unde Cic.
3. de Orat. ait: De latinitate non agam,
quia non possum eum docere dicere, qui
loqui nescit, 2. Proprium & accommoda-
tum ad rem significandam. 3. Purum,
id est, nec barbarum ex materna lingua
confictum, nec peregrinum immixtum.

nisi rarissime, eumq; Græcum, cum singularis necessitas cogit, Latinis fortè deficientibus, lib. 1. Ac quest. vel ubi consuetudo utitur pro Latinis; aut Emphasis suadet; aut si is, ad quem scribimus, impense Græcis delectatur; quà de causâ in Epistola ad Atticum Græca multa intermiscuit Cicero, quod alias minimè solet facere: Immo præcipit 3. de Orat. quod vox Romana non debeat olere aliquid peregrinum. Et lib. 1. de offic. Sermone, inquit, ut uti debemus, qui notus est nobis, ne Græca verba inculscantes jure optimo irrideamur. Demum non sit mixtus ex phrasibus Oratoris & poetici; sed si quid singulare insit poetice phrasi, addat, ut cum poeta loquar &c. Tandem citationes locorum, capitulum &c. sermoni non inferenda (quibus brevis reddatur) exemplo Ciceronis: sed ejuscemodi margini insigi possunt. Adde ad puritatem etiam Euphoniâ spectare. 4. Usitatum: ne cum matre Evandri loquatur, & præ vetustate cariosis

C. BARTHOLINI

uocibus puerilem affectationem pra se fe-
rat. 5. Clarum & perspicuum: qua re-
quisitorum haecenus allatorum soboles
est. 6. Varium & copiosum: ne si
una res saepe nominanda, eadem uoce
cum tadio repetita eam insigniamus. 7.
Efficacem & nervosum: quod sit cum
propriissime res significatur, & rei ade-
quat magnitudinem ac qualitatem:
stemq; si additum habet aptum ac pene-
trans epitheton, frequenter quidem, non
tamen tam saepe ut apud Poetas, nec Poe-
tica Epitheta confundenda cum Orato-
ris. Adde qua infra habentur de Epithe-
tis. 8. Debitis intervallis & periodicis di-
stinctu. Talia, inquam, ad Grammaticos
spectant, quorum est certos loquendi modos
cum suis exceptionibus tradere.

CAP. I.

DE VERIS TROPORUM
fundamentis in genere
& in specie.

Dictio vel λόγος omnis habet
tum

tum suam λέξις genuinam, per quam
est λόγος, tum διδασξις, eamque va-
riam, ut colligere licet 1. Cor. 2.

Λέξις est, quòd Dictiones res ipsas
rerumq; motus seorsim concipiendos
significanter DICANT.

Sunt enim nota rerum & motuum ha-
rumdem; quamobrem ut rei, ejusdemq;
motus, est propria sua animo concipien-
da indoles: sic & sua est dictionibus no-
tandi & dicendi propria indoles rebus
concupiendis conformis, quae λέξις est.
per quam tanquam formam dictio ab
alijs contradistinguitur (quamvis enim
res una pluribus aliquando notetur vo-
cibus; tamen quà diversimodè mente
concupi potest, in se licet una, hoc contin-
git: quod aliquando manifestius est, ali-
quando, non benè videlicet perspecta
dictionum indole, obscurius) Quare
Dictio una eademque nullam umquam
λέξις habere potest vel dicendi indolem
nisi propriam (si enim alienum quid di-

C BARTHOLINI

cit eadem Dictiono, eo ipso quo una est eademq̄, alia vel aliena insuper erit eamq̄ unicam, nisi in paucissimis quas linguarum inopia plura diversa fecit dicere, ubi quaelibet tamen est nativa propriaq̄ significatio. Falsissimi ergo illi qui tropum definiunt immutationem vocis à propria significatione in alienam.

Interim λέξις dictionum propria, i. e. dictio propria sua indole licet una eademq̄, pluribus inter se junctis, peculiari sibi amplitudine quâdam apta est variis rebus docendis adhiberi, & aliis atq̄ aliis conceptibus inter se diversis menti præformandis. Quemadmodum quando res concipimus, vel universè & confusè secundum omne id quod ad integritatem earum in unum coit; vel distinctè & sigillatim secundum id unum, quod verè esse ipsum est conceptu distinctiore formatum in mente, v. g. dictio, Vulpes significat animal illud, omniaq̄ ejus accidentia, conditiones &c. ut astutiam &c. Ali.

Aliquando autem Dictio illa in contextu
aliquid Vulpis nos docet, videlicet astu-
tiam: ut cum dicitur: Herodes est Vul-
pes.

Sic Homo cum universè concipitur,
concipiuntur anima cum facultatibus,
corpus ejusq; omnes partes &c. atq; ita
Dictio licet in se una, plura tamen sub
ea unitate, quibus res constat, denotat,
sed universè tantum; sicut plura ea, quibus
res constat, universè tantum conci-
piuntur. Et sicut, quando res cum omni-
bus quibus constat, uno conceptu concipi-
tur, non statim singula sigillatim conci-
piuntur; ita nec eadem dictio Homo
singula seorsim propria dicendi indole di-
cit. At distinctius homo conceptum dicit,
non nisi quia homo est, exclusis ijs que cum
alijs sunt communia.

Αἰδοῦς est, quòd Dictiones D O-
CEANT rerum, rerumque motuum
inter se communionis & ἁέσως con-
ceptus; plures enim dictiones copulam-
tur ad mentem de rerum & conceptuum

C. BARTHOLOINI

ritum coniunctione edocendam. Ex
hisce dictionibus contingit aliquas
 EDOCERE aliud aliquid *de re concipiendum*, quàm quod *indole propria*
 primò DICERE natae sunt: non quod
dictio alienam assumat λέξις & dicendi
indolem, sed quod propria dicendi in-
dole ad aliud aliquid docendum usu
inflexo & translato usurpetur: quod
ipsum tamen sicuti cum re ea, quam di-
cere nata est, conjunctionem habet ali-
quam, ita dictione, quatenus rei uni-
versa nota est, penitus alienum esse ne-
 quit E g Quando Christi discipuli vo-
 cantur Sal terra. Res diversissima sunt
 discipuli & Sal; Aliquid tamen eis com-
 mune est, videlicet valida actus efficacia
 à corruptione & depravatione vindican-
 di, Cuius coniunctionis & communitatis
 ratione dictio Salis discipulis compara-
 tur & tribuitur usu inflexo, id est, non ad
 docendum id quod simpliciter dicere na-
 ta est, videlicet salem ipsum, sed commu-
 ne illud in discipulis & sale observatum:

ut rei ejusmodi determinata notatione
 Mens vehementius ad illud, quod utriusque
 commune, de altero concipiendum per-
 cellatur & incitetur. Quis autem hic vel
 Dictioni salis duplicem λέξις, propriam
 nimirum & translata[m] attribueret, vel
 vocem eam Discipulos Christi suam ullam
 λέξις significare nisi absurde statueret?
 Atque sic fuit διδαξις non simplex sed cum
 Suada.

Causa autem & fundamentum tro-
 porum, vel quod res doceri possint di-
 ctionum usu translato, & ad aliud ali-
 quid docendum inflexo, est differentia
 creatoris à creatura. vel quod res non
 absolute sint simplices, sed diversitati
 subjectæ, secus quam illud quod abso-
 lute unum & solum verè simplex. Ni-
 bil enim est in Deo, quod non sit ipse Deus.
 Varietas illa rebus adhærescit conside-
 rativæ vel in se, vel respectu communissi-
 marum conditionum, quibus a simpli-
 citate supremâ recedunt. In se tanta est,
 quanta diversitas tum essentialium,

C. BARTHOLINI

rum essentialium proprietatum, quibus res aliæ ab aliis differunt: Ex qua varietate exurgit rerum comparatio dictionum inflexo usu notanda: quod res ipse vel universa nonnumquam essentialia differentes commune aliquid participant, & oritur METAPHORA vel plane inter se dissideant, nullam participantem communitatem, & emergit IRONIA. Respectu conditionum: Conditiones illa rerum universalitatis sunt, quod 1. nec à seipsis sint, sed habeant PER QUEM (i. e. efficientem, unde alia efficiens, alia affectorum habent rationem) & EX QUO sint, i. e. materiam, 2. nec sint in seipsis id omne quod est, ita ut 1. nihil non ipse sint: alias extra finitionem & partitionem omnem infinitum & omnia essent: At vero res creata est determinatum quoddam totum partibus finitum, 2. nihil præter seipsas sint: Atque res universalitatis præter id quod id sunt quod sunt, multa insuper adjuncta habent, quibus
sub

subjiciantur *varieq;* adficiantur. Uode
liquet emergere species, quas M E T O -
 N Y M I A M & S Y N E C H D O C H E N
 vocant.

Finis & usus, quare Dictiones infle-
 xo-usu docentes usurpantur, est ut id
 quod menti concipiendum *preforma-*
re proponimus, adeo *notanter* seu exag-
 geretur seu extenuetur, ut mens ad il-
 lud concipiendum vehementer *per-*
cellatur & incitetur.

Estq; insignis troporum usus *tum in*
sacris tum in prophanis auctoribus. Cæte-
 rum sicut plurimum adserunt gratia tro-
 pi & figura *parcè* & *in loco adhibita*: ita
 immodicus usus nauscam parit, & vi-
 tiose degenerat in locutionem poeticam,
 in qua hæc ornamenta sunt frequentiora.
 Ideo tropis utendum tamquam con-
 dimentis, non esculentis, *ne si omnia*
tropis diffuant, res potius turbata invol-
vantur, quam illustrentur.

Hinc adeo *parcum* & *cautum* tropo-
 rum usum commendat Aristoteles 3. Rbe-

C. BARTHOLINI

cor. 2. 2. post. anal. 15. 4. Top. 3. 7. Top.
2. 8. Top. 2. lib. 1. polit. 4. Aliquando
tropi rem 1. Clariorem faciunt 2. signifi-
cantius ob oculos ponunt. 3. brevibus ex-
ponunt.

CAP. II.

DE TROPI DEFINI- TIONE & DIVISIONE.

TRopus & dictionis ad aliud ali-
quid usu inflexo, servatâ propriâ
dicendi indole, docendum translatio,
ut mens ad illud concipiendum vehe-
mentius incitetur & percellatur.

Definitum $\tau\rho\acute{o}\pi\omega$ vel $\tau\rho\omicron\pi\iota$ à
 $\tau\rho\acute{\epsilon}\tau\omega$, verito, converto, muto, commu-
to, transfero, verso, &c. vel $\tau\rho\epsilon\pi\iota\omega$, re-
troverto, deducitur.

Quia factâ mutatione & transla-
tione vox una nempe animum magis per-
cellens, pro altera ponitur. Hinc, tropus
apud Aristotelem & alios etiam Græcos
auctores, Metaphoræ vel translationis ve-
nit

rit nomine; Tropus etiam figura seu schematis nonnunquam Arist. & Quintil. nomine indigitatur, quando figura vel figuratio pro quovis ornatu interno accipitur sive tropico sive figurato.

Definitio constat genere tamquam formâ, & differentiâ ex subiecto seu materiâ desumptâ, addito sine in precedentibus adducto. Genus est translatio vel translatus & inflexus usus, ut ex capite precedenti liquet.

Possit & in tropi descriptione Genus adferri, *Suada interna primaria, vel ornatus primarius &c.* nullus enim est tropus, qui non exornet Orationem, si genera troporum spectes. At non singula troporum exempla necessario ornatum orationi conciliant, quod scribentis inscitia alicuiusve remoris accidere potest.

Cæterum cum Tropus ex Topica Logica vel locis topicis desumatur (fatentibus ferè omnibus Rhetoricis) consideratis in terminis simplicibus; tot tropi esse ferè possunt, quod topi; si eos excipias, ubi realiter

C. BARTHOLINI

liter termini simplices non differunt, vel qui significant id ipsum ex quo desumuntur, ut, definitio, notatio & qui huc referuntur, descriptio, proprium &c. Interim in Rhetoricis considerantur, ut unum pro alio ponitur. v. g. Causa pro effectu &c. In Dialecticis ut alterum ex altero arguitur. Qua de causa utile utiq; esset futuro Rhetorico prius didicisse Logicam.

Communiter 4. constituunt: Metaphoram, Metonymiam, Synecdochem & Ironiam; cum tamen Synecdoche sub Metonymia optime comprehendendi possit. Metonymia enim est triplex. 1. Causae & causati. 2. subiecti & adiuncti. 3. totius & partium. Quintilianus lib. 8. cap. 6 facit 12.

Omissa enim Ironiam addit Anonomasiam, Onomatopœiam, Catachresin, Metalepsin, Hyperbolem, Epitheton, Allegoriam, Periphrasin, Hyperboton. Antiquus Leontinus 12. habet, retinens Quintilianum, ultimo excepto, adiecta vero Ironiam

nia Melanthon septem, quinq; enim ul-
 timos mittit. Chytræus in dictione de-
 cem constituit, in oratione totidem. In
 dictione Melanthonis retinet cum Hyper-
 bole, additq; Tapinosin & Emphasin. In
 Oratione; Allegoriam, ænigma, prover-
 bium, apologos, parabolas, Ironiam Sar-
 casmum, antiphrasin, accismum, Mime-
 sin. Dressero tropi dictionis sunt 12. omif-
 sis n. hyperbole & tapinosi, addit anti-
 phrasin, pbrasin, periphrasin, paraphra-
 sin. Albertus Leoninus in dictione 8 con-
 stituit: Metaphoram, Metalepsin, Me-
 tonymiam, Antonomasiam, Synecdochen,
 Onomatopaiam, periphrasin, abusionem.
 In Oratione; allegoriam, ejusq; species:
 ænigma, paræmiam, Ironiam, Sarcas-
 mum. Sic & Soarez in uno verbo septem
 ponit Leonini, omitens periphrasin. In
 Oratione quatuor: Allegoriam, periphra-
 sin, hyperbaton & hyperbolen. Valerius
 cum veteribus in verbis sex: Metapho-
 ram, Metonymiam, Metalepsin, Synec-
 dochen, Antonomasiam, Catachresin. In
 tota

C. BARTHOLINI

*nota sententia: Allegoriam, Paræmiam,
Ænigma, Ironiam, Asterismum, Diasyr-
mum, Charientismum, Mimesin, peri-
phrasin & hyperbolen.*

*Cæterum 1. ex his quidam sunt ge-
nerales tropi affectiones, ut Allego-
ria, hyperbole & que datur Catachre-
sis. 2. Quidam veris tropis eorumvè
affectionibus subjiciuntur, ut Metalep-
sis Metonymia, Antonomasia Synecdo-
chi, Allegoria affectionibus. 2. Quidam
omnino tropi non sunt, ut, Onomato-
peia, Epitheton, hyperbaton &c.*

*Veri ergo, genuini & generaliores
tropi tantum tres sunt: Metaphoras
Ironia & Metonymia. Synecdoche spe-
cies Metonymia est. Et reliqui existima-
ti tropi sub hisce tribus comprehendun-
tur. Metonymia enim in genere oritur ob
varietatem rebus adhaerentem respectu
conditionum; & harundem ratione ori-
tur vel Metonymia specialiter dicta, vel
Synecdoche, ut caput præcedens edocuit.*

*Numerus troporum sic alias ostensus
olim*

olim à nobis est: Vox pro voce ponitur,
 mediante alia vel simili vel dissimili. Si-
 mili ut Metaph^{or}a; dissimili, ut Metony-
 mia. Dissimili autem, vel planè oppositâ,
 ut Ironia; vel aliâs diversa, ut totius pro
 parte aut vice versa, & Synecdochen vo-
 cant, vel causse pro effecto aut vice versa
 & specialiter Metonymiam vocant. Sed
 solidius demonstratur fundamentum cap.
 precedenti.

Affectiones troporum generales infra
 tractabimus, quia sine troporum doctri-
 na intelligi à tyronibus non possunt.

CAP. III.

DE TROPORUM EFFI-
 ciente & Materia.

FInem primum caput circa finem ex-
 pressit, formam secundum; Efficien-
 tem & Materiam hoc tertium enodabit.

Efficiens est procreans vel conser-
 vans. Procreans fuit necessitas & ver-
 borum inopia: plures enim sunt res
 quàm verba. Quam maximè ergo fieri
 pe-

C. BARTHOLINI

potest, tropi sint rei convenientes, ex cognatis & conformibus sumpti, significantes, non longè petiti, non adhi, ut precario, non vi venisse aut irruisse videantur: non obscuri, non frigidi, nimis grandes, duri &c. Quae omnia ut vitentur, imitandi scriptores celebres, nec cuius tropica fingenda vocabula.

Conservans est 1. Voluptas. Rectè enim & cum ratione translatis plures delectantur.

Est ergo & hoc Tropi requisitum, plurimum delectare. Quia sepè translatus significantius est & gravius, ut, ardet cupiditate, incensus irâ &c. Delectationem non assequuntur, ubi syllabae sunt insuaviores, quam res ipsa si suavis postulat, ut, qui dixit Poësin stridorem aut strepitum Calliopes, vitiosè usus est voce stridoris asperiore, & quoad rem & quoad syllabam, quam quae suavitati Poëseos respondeat.

2. Commoditas, ut, cum Venus pro coitu sumitur, obscenitatis vitanda cuassâ.
Vere-

Verecundus ergo sit omnis tropus, & obsceni reiiciendi Bryso vero apud Aristotelem. 3. Rhet. cap. 2, autumat nullam esse verborum turpitudinem, nullumq; turpiter loqui, eo quod duo verba idem significantia, vel ambo sint eque obscena, vel neutrum sit obscenum. Respondetur cum Aristotele unum aliquando altero obscenius esse. 1. Ex natura rei, res quaedam una parte esse possunt turpes, alie honeste. vocabula ergo rem ex parte honestatis designantia, honestiora sunt. 2. Ex parte verborum unum altero est significantius. 3. Eademq; una vox duplicem significationem obtinere potest. Ut in exemplo dato. Venus Deam alias significat, cuius tamen adjunctum libido.

Necessitas ergo tropos uti & vestes genuit, delectatio & commoditas conservarunt ac celebrarunt.

Materia est dictio, verbum, vox significans vel terminus simplex, licet orationis extra contextum non sit aut intelligi possit. Ut si dicas: *Vulpes; nemo*

mo

C. BARTHOLINI

mo seiverit, an λέξις hujus dictionis, an
ἰδιόταξις attendas. At si dicas: Herodes
est Vulpes; Jam ob orationis contextum
in voce tropus deprehenditur. id est, di-
ctio (vulpes) ad aliud aliquid (astutiam)
docendum, quod tamen à se non alienum,
transfertur.

Differt ergo Tropus à figura, quæ
non verbi, sed orationis vel sententiæ
habitum immutat, dum puritatem
Grammaticam varijs schematum floscu-
lis exornat.

Nimis ergo absurdi hinc illi, qui tro-
pum etiam in conjunctas voces vel to-
tam phrasin cadere existimant.

Decepti v. quod nonnunquam multa
simul vocabula usu inflexo & translato
adhibeantur. Atqui cum multiplicati
sunt tropi, ut in illo exemplo quod Go-
clenius probl Rhet. 43. adfert, & tro-
pum in tota phrasi esse putat. illotis ma-
nibus rem aggredi, id est, imperitâ au-
dacia. Duo tropi sunt: primus, in illoto
pro imperito: secundus in manibus pro
audacis.

audacia. Sic in aliis. Adfert aliud
 exemplum probl. 22. quod ex scriptura
 Matth. 23. Qui excollatis culices & de-
 glutitis camelos: ubi ait tropum esse in
 P e r i o d seu verbis conjunctis. Verum fal-
 litur. non est tropus, sed sunt tropi: Me-
 taphora in excollare & deglutire; Syne-
 doche speciei pro genere, in culice pro re
 exigua, in camelo pro re magna & mo-
 mentosa. Sic quidam in Plauti dicto:
 Equo lignea per cœruleas vectus es vias;
 tropum putant in utraq; voce esse, equo
 ligneo pro navi. At cum navis proprie
 lignea sit, in voce Equus erit Metaphora.
 2. Quia antecedens alicujus Enihyme-
 matis pro consequente ponitur: itum si-
 militudinis vel comparationis alicujus
 protasis pro apodosis: ut duos digitos eri-
 gere, id est, jurare. Ubi singula voces &
 vota Oratio proprie accipitur, & Logica
 magis & argumentatio, quam Rhetorica
 modificatio. Ex erectione enim digito-
 rum concludimus factum juramentum.
 Sic: virginem solvit zonam, id est, vi-

MAURUS

C. BARTHOLJNJ

risvit virginem. Ex antecedente intelli-
gitur consequens. Non autem est tropus
in sententia, ut putat Goelenius probl. 16.
3. Quia Quintilianus tropum vocat al-
lum dictionis, alium sermonis vel Ora-
tionis. Ubi tamen late voce tropi utitur,
pro quavis modificatione etiam figurata:
sicut & Metaphora nonnumquam pro
quavis tropo usurpatur. Alibi vero accu-
ratus & distinctius loquitur, ut lib. 9.
cap. 1. in hac verba solutus: Figuras ple-
riq; tropos esse existimarunt, sed magis
signanda est utriusq; differentia: Est igitur
tropus dictio ab eo loco, in quo pro-
prio est translata, in eum locum, in quo
propria non est: Figura autem est con-
formatio quedam rationis. Quam di-
stinctionem approbavit Taleus lib. Rhet.
cap. 1. & ante eum Ramus.

Consimiliter absurdi sunt, qui ad
pallandas hereses in tota prædicatione
Logica tropum latere posse fingunt.
Refutatur hoc reiens ex cogitatum
figmentum 1. ex jam dictis de natura tro-
pi,

*pi, quæ in verbis, non in Oratione, aut
 rebus mente conceptis per multas voces
 enunciatis: cum rerum ipsa connexio,
 quæ est prædicatio, verti & mutari, adeo-
 que tropo modificari nequeat. Unde rectè
 Keckerman. lib. 1. Syst. Log. sect. 2. cap.
 2. Tropus non dispositionem rerum,
 ipsam, aut res spectat, sed verba & c.
 Et in Systemate Rhet. lib. 2. cap. 2. no-
 num Canonem talem facit: Tropus est
 in illis vocibus, quæ rem significant,
 id est, in nominibus & verbis prima-
 riis, non autem in verbis secundariis,
 quæ tantum copiam significant. Neq;
 est in connexione rerum sive propo-
 sitionis, sed in ipsis partibus propo-
 sitionis. Et paulò post ait: Canon dicit,
 Tropum nec esse in copula, nec in ipsa
 connexione, cujus signum est copula;
 sed residere vel in subjecto vel prædi-
 cato propositionis. Id quod notari de-
 bet contra eos, qui dicunt tropum
 esse in copula vel tota connexione,
 cum dicitur: Agnus Paschalis est tran-
 sicutus*

G

sicutus

C. BARTHOLINI

Situs; circumcisio est foedus: panis est
corpus Christi &c. Hec ille. 3. Si tropus
predicatio esset, aut predicationis falsam
aliqua affectio, ad Logicam pertineret.
Atqui ex adversariis hisce nemo adhuc
in Logicis quidquam docuit de tropo in
integra predicatione, aut tropica extre-
morum conspiratione; nec docere apti
possunt, cum, ut predicatio est fori Logi-
ci, ita tropus Rhetorici. 3. Quia nullum
dari potest exemplum ejuscemodi predi-
cationis, cujus voces singula sine tropo,
ipsa interim existente tropica & modifi-
cata: sed exempla cum adferunt, statim
in simplicibus terminis tropum potius la-
tere, quando adest tropus, apparet. Sic
saepè una vox pro alia ponitur, v. g. si-
gnum pro signato, ut dextera pro fide,
fasces pro imperio, ac non fit com-
binatio aut predicatio, ut dicatur
dextera est fides, fasces sunt impe-
rium &c. aliud enim est aliterum de al-
tero predicari, aliud, aliterum pro altero
ppriè: alias confusio fiet. Enunciationis
Logica

Logica & ornatus Rhetorici. Non fit, inquam, prædicatio signi de signato vel vice versa: impossibile quippe est relatorum, quorum unum non est alterum, sed alterius; ideoque unum non prædicabitur de altero in casu recto; signumque dici non potest signatum, sed signari: scilicet signum.

Tandem alucinantur etiam, qui tropum enunciationis alicujus ad palliandos errores collocant in copula EST.

Quod rectè negat Melancthon in Dialectica, Goclenius probl. Rhetor. 15. Crellius lib. 2. Isag. cap. 2. & Keckerman. lib. 3. System. Theol. cap. 8 Canon. 12. & Syst. Rhetor. lib. 2. cap. 2. Nam 1. Tropus est terminus simplex ex topis, ut supra dictum: Copula autem non est Categorema, sed Syncategorema, id est, vox non significativa, sed consignificativa, non significans per se aut enuncians aliquid, sed partes enunciationis coniungens. 2. Tropus est in voce, quæ explicatur. At explicatur vox v. g. vulpis, non copula

B. BARTHOLINI

3. Cū tropus in copulam intruditur, at est exponatur per significat &c. tantum abest copula tropo modificetur, ut potius præter copulam, quæ semper manet sive implicitè, sive explicitè, vox aliena in prædicationem ingeratur. nam si pro hac, Herodes est Vulpes, substituas, Herodes significat vulpem: oritur hæc, adjectivè implicitè latente copulâ: Herodes est significans vulpem. 4. Prædicationes, de quibus Tropista quidam contendunt fatentur ijdem esse tales, ut disparatum de disparato prædicetur. At si pro est, Metonymicum significat substituatur, non prædicabitur disparatum, sed relato subjecto accidens, fatente ipso Keckermanno. 5. Vulgo Metaphora est ad unum verbum contracta similitudo; Ad hæc non est in vocula est: nam similitudo querenda est in terminis uno aliquo tertio convenientibus.

Objiciunt exempla, 1. Cor. 4. Vos Corinthij estis saturari, pro non estis saturandi, ubi sit Ironia in copula. Respondetur: est

est Ironia in predicato, pro non saturati.
 Sic si dicas de vetula: hac est formosa
 virgo, Ironia est & in subiecto & predi-
 cato, pro de formis est amica. Sic bonos
 alio artes, vel est alitrix artium, tropus est
 in voce alitrix, non in copula. Sed plerumque
 exempla tam sacra, quam prophana, quae
 contra produci possunt ab adversariis,
 vide refutata apud Meisner. in Philos.
 sobr. Anti Calvin sect. 5. cap. 5. quest. 3.

CAP. IV.

DE REGULIS VARIIS ad intellectum troporum facientibus.

Dantur aliquando in unica vo-
 ce plures tropi.

Et tum Leontinus, Valerius & Soares
 Metalepsin esse volunt appellandum, ut
 Eclog. 1.

Post aliquot mea regna videns mi-
 rabor aristas.

Quatuor hic tropi in voce aristas.
 1. per Synecdochen intellige spicas 2. per

G 3

spicas

C. BARTHOLINI.

Spicas eodem tropo segetes. 3. Metonymi-
cè messem per segetem. 4. Metonym. per
messes astatem. Sic *Aeneid* 1.

— — Speluncis abdidit atris.

Ex nigro tenebricosum, ex hoc profun-
dum docetur.

II. Dantur sepè dictiones ita com-
munes significatione & amplæ, ut re-
bus plurimis (rerumq; motibus) totâ ef-
ficientiâ diversissimis propriâ suâ de-
tribui possint.

Ob rerum ipsarum & motuum commu-
nitatem. Quales sunt: Essentia, ma-
teria, forma, natura, lux, usus, vis &c.
Capere, ferre, lucrari, donare, genera-
re facere, agere &c. Aliquando etiam
dictiones communitate illa restrictiores
sunt & minus amplæ, in uno aliquo vel
paucioribus nonnullis cum aliis commu-
nicantes: Quales sunt, Anima, brutum,
homo leo, aquila, conciliare, mergere,
pedtere, decollare &c. Nam pedtere
habet aliquid commune cum mundare,
decollare habet aliquid commune cum
abscindere &c.

III. In

III. In sacris non statim est tropus,
ubi ratio nostra tropum fingit.

In mysteriis enim divinis alia est λόγῶν
δίδαξις Spiritus Sancti; alia ἀνθρώπι-
νης σοφίας, ut habet Paulus 1. Cor. 2.
hoc est, dictiones quibus mysteria revela-
ta sunt sanctorum hominum proloquu-
tione, non docent eā sententiā docendā
formā, quā humana sapientia docendā
inserviunt, licet una maneat variva cu-
juscunq; λόγῳ λέξις & perpetua.

Hinc cum scriptura loquitur de nostrā
in Deo generatione, vita, nutritione, fo-
tu, cibo vel potu, esu vel bibitione, vel
alio regiminis Dei intra nos supra caelestis
mysterio, imperiti tropum esse autumant
& propriē istas voces tribus rebus hisco
sensibilibus & inferioribus, impropriē ve-
ro & tropicē Spiritualibus & eminentio-
ribus: quibus tamen propriūssimē compe-
tunt; & quarum rerum simulacra tan-
tū humana sapientia enunciat. Nam si-
cut perfectissima Spiritualia tamquam
suprema exemplaria superant sua illa in
C 4 rebus

C. BARTHOLINI

rebus simulacra & imagines: ita & di-
ctiones ipsae genuinam suam significationem se-
ipsas superant, quando non his, sed illis
docendis adhibentur. Sed haec altioris
sunt indaginis Theologicae, ubertim, ut
speramus, Christianis omnibus propediem
aperienda. Exemplo uno breviter rem
illustrabimus. Cum in scriptura Deus pa-
ter dicitur gignere vel generare filium, &
Vulgus sapientulum tropum fingit in vo-
ce generationis, quae proprie tribuitur re-
bus corporeis animatis, improprie & tro-
pice Deo. Quia humana sapientia pervi-
dere non valuit eminentiorem illam con-
summationemq; generationem. Natura
autem generalissima generationis est,
quod aliquid ex aliquo proluceat, quod
propriissime, primario & principaliter
Deo & rebus spiritibus ab omni terre-
na conditione puris, convenit; vilioris
autem docendi habitu, umbraculum re-
rum generationi docenda haec vox inser-
vit. (Sic non tropice, sed propriissime Deo
& sacris dicitur lux, charitas, spiritus
&c.)

Et. Et meminit Goclenius ipse probl.
 Rhocor. 76. doctissimi cuiusdam interpre-
 tis, qui, cum dicitur Job. 1. erat Sermo
 lux vera illuminans omnem hominem,
 verè & propriè nomen lucis accipi asserit,
 eò quod natura luceat, non participatio-
 nè, siq; lux proprietate natura essentiæ
 ac perfectione. Sic vox generationis quã-
 do mysterium nostræ in Deo natiuitatis
 docet, generationem incomparabiliter
 eminentiorem, quàm in humana sapien-
 tia, eã ipsa nativã suã dictione docet. Ita
 passim ubi Spiritus Sanctus propriis me-
 loquitur, mens respicientis ad sua consue-
 ta rationalia dicit esse tropum: ac si ver-
 ba Spiritus Sancti flecti deberent ad no-
 stros ineptissimos conceptus, cum potius
 nos in sacris ad sanum illum loquendi mo-
 dum quàm proximè accedere jubeat A-
 postolus: nec aliunde institui debeat
 ἀνακρίσις de συνηγορίᾳ hac, nun-
 simplici vel inflexo usu sit accipiendū,
 quàm λόγῳ sacris consultis, citra omne
 inflexionem non περιτροπῶν, sed simplici-

C. BARTHOLINI

ter διδασκούς, quid illi primūm doceant;
 neq; ἀνάκτορος οὐρανίου supercæle-
 stium in terrenis queratur. In finitis ergo
 exemplis scripturae pessimè tropos adfinxit
 Goclenius in problematibus suis Rhetor-
 icis. Quid? quod etiam intra humanæ
 sapientie limites aliquando dictio non
 eodem docendi habitu res illas diversas
 docet, quas significationis communitate
 adequat. V. g. Dicitio Vitæ, eadem ma-
 xime genuina ejusdem perpetua & unica
 significatione, eminentiori docendi habi-
 tu vitam hominum edocet quam bruto-
 rum. Licet enim communitas intercedat
 utriusq; participata non tamen equaliter
 ab utrisq; participatur. Deinde compara-
 tione facta sapientie cælestis & humanæ,
 dictio vitæ idem significat Paulo Aposto-
 lo & Aristoteli. at aliud apud hunc, aliud
 apud illum docet: Aristoteles enim eo pe-
 netrare non potuit, quo Paulus. Vita
 namq; quâ homo verè in Deo & Deo ipsi
 vivit, brutis non competit: adeoq; ex hi-
 sce fundamentis vivens de homine &
 brutis

brutis univocè non predicari colligitur. Quando autem in Logicis secus docetur, si quia vitæ dictionem cum Aristotele & vulgata loquendi consuetudine accipiunt. Sic in humana sapientia vox generis habet unam tantum λέξις vel significatiōnem; videlicet notat id unde aliquid dicitur originem; & sic unum tantum dicit; at aliud docet in Logicis, aliud in Physicis, aliud in Politicis &c. Quod si ergo in humana sapientia, quæ aliis eminentiora sunt, dictionis quæ docentur indolem sublimius aliquid docere efficiunt: quanto magis & quidem insinuat intervallis profunda Dei.

CAP. V.

DE METAPHORA.

Ratione dignitatis, usus frequentioris & disjudicationis facillioris præmittitur Metaphora, & reliqui eo sequuntur ordine, quo subjecimus.

Metaphora (vel translatio) est tropus, quo dictio ad Commune aliquod

C. BARTHOLINI

rerum in comparationem adductarum docendum adhibetur.

Inflexo hoc usu dictio non rem eam docet, quam simplici usu dicere nata est, sed commune illud in re eadem, cujus ratione fit comparatio cum alia. Ut cum dicitur: *Herodes est Vulpes*. Comparatio hic fit inter res essentialiter diversissimas, in communi tamen quodam convenientes videlicet astutia. Quis vero conjunctio astutiae cum Herode ita notanda venit, ut auditoris animus vehementius eam sibi infigat & concipiat in non dictione astutiae, sed rei illius alterius (vulpis) cui communis est astutia, dictione, & quidem inflexo ejus usu notatur, ut mens ad illud quod utriusque commune est, concipiendum acrius stimuletur. Sic cum dicuntur discipuli Christi: *Sal terra*. Vid. c. 11.

Communitatem hanc alij Rhetores similitudinis voce expresserunt. Unde Fabio lib. 8. cap. 6. definitur brevis similitudo: alia quoque tropus similitudinis ad unum verbum

verbum contracta. Ut, cum dico: prati
vident: que similitudo est hominis viden-
tis. Et prati florentis, ea contrahitur
ad unum verbum ridere. Sic: ardere id est,
incendi glorie cupiditate. Et c. Metapho-
ra est, similitudine ab igni desumpta.

Nos olim definiuimus Metaphoram
tropum, quo vox mediante alia similitu-
dinem aliquam in re connotante signifi-
cans pro voce ponitur. Item sic quo vox
mediata pro voce simili immediata po-
nitur. Res eadem est, sed superius data
definitio rem illam commodius menti
preformare videtur. Hinc desumi dicitur
Metaphora ex loco similitudinum, similitudi-
nis voce largius pro quavis comparatione
in aliquo communi sumpta, ne paria, im-
paria. Et c. excluduntur, neque habeat
quod carpatur. Scribonius, ut fecit in
animadversionibus Rhetor. pag. 31.

Strictè ergo hoc loco sumitur Meta-
phora, non latè pro quouis tropo, ut a-
pud Aristotelem Erymo innixum; nam
Metaphora in genere translationem si-
gnificat.

Des

C. BARTHOLINI

Desumi potest *Metaphora* à rebus
omnibus, substantiis pariter & acci-
dentibus, naturalibus earumq; affe-
ctionibus, & artificialibus cujuscunq;
classis; ut *superfluum* fit cum vulgo Rbe-
torum ea, ex quibus sumitur, recensere:
Adde & impossibile. Unde Cic 3 de Orat.
ait; Nihil est in rerum natura, unde si-
mile duci non possit: & addit, infinitos
ferè esse modos *Metaphorarum*.

Verùm observetur 1. Similitudo inter-
cedat, analogia & proportio. Non enim
benè verruca montem denotandum do-
cet, quadrupes equum; non benè dicitur
amputare *Rempublicam* pro perdere,
pessundare aut evertere. Justo enim mi-
nora sunt. Sic quod *Telephus* apud *Euri-
pidem* dixit, imperare remo; Et ille *Ti-
mon* $\mu\iota\sigma\tau\acute{\iota}\nu\theta\epsilon\omega\pi\alpha$ Θ , *rastris* & *ligone*
philosophari: nimium enim est, impera-
re & philosophari. Sic si bonum famu-
lum appelles generosum; bonum canem
planè divinum &c.

an metaphoram referunt $\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\tau\omicron\mu\alpha\tau\acute{\iota}\nu\theta\epsilon\omega\pi\alpha$
θεωρῶν

Metonymia, qua cum interdum *Synecdoche* vel *Metonymia* coniuncta: ut cum affectiones & actus hominum aut aliorum creatorum, utim artus &c. Deo tribuuntur. Verum antropopathia est, quando de Deo loquimur vocibus quas intelligimus res seculares & corruptibiles denotantibus; cui tamen mundana & corruptibilia non competunt, sed tantum celestia & supernaturalia. Hæc autem non revelantur nisi dictis vocibus, quæ ob id depuranda, & licet idem dicant, quod se secularibus dicunt, longè tamen eminentius & sublimius quid illas ipsas de Deo nos docere & menti præformare cogitandum. Vide Regulam tertiam capituli quarti.

C A P . V I .

D E I R O N I A .

IRONIA (illusio vel dissimulatio, ideoq; rectius Augustinus antiphrasin appellat 3 de Doct. Christ. cap. 29 & lib. contra Mendacium ad Consentium cap. 10.) est tropus

C. BARTHOLEINI

tropus, quo dictio ad dissentaneum
aliquod vel oppositum edocendum
adhibetur.

Nullam hęc res, quę comparantur,
communitatem agnoscunt, sed planē in-
ter se dissident. Unde ad docendum indi-
gentiam eius quo res destituitur, carere
autem minimē debet, atir buitur rei
planē oppositum inflexo d & onum usu. ut
contrarium ei quod propria d & onis in-
dole dicitur, mens sed excitat & percul-
sa concipiat atq; agnoscat. Exemplum
est 1. Cor 4. v. 8. Saturati estis, ditati
estis, sine nobis regnastis. Id est: Non sa-
turati, non ditati non regnastis &c.

In Ironia autem usurpatur dissen-
tanium pro dissentaneo. Ut: si N. num
voces Gigantem, aut vice versa & vel
maximē Oppositum pro Oppositio-
nempe.

1. Contrarium pro Contrario. Ut:
hęc bone vir. Ubi bonus pro malo acci-
patur. Sic cum dicitur album pro nigro.

Re.

2. Relatum pro Correlato. Ut Do-
minus pro servo, dare pro accipere &c.

3. Privatio pro habitu, vel contra.
Ut: Cæcus pro oculato, dives pro paupere
&c. & è contra.

4. Contradictorium pro Contra-
dictorio. Ut cum dicimus: non agam,
pro maximè agam; vel e contra.

Dicitur alias *παρολιον* seu præte-
ritio. Item Ciceroni Reticentia, vulgo
Rhetoricorum cum Quintiliano figura
sententiæ: quibusdam dicitur Apophasis,
cum negamus id, quod maximè affirma-
mus. Sensu n. eadem est Apophasis (ut
non dicam, pro dicam) cum paralipsi:
ut: mitto, taceo &c: cum simulamus nos
tacituros seu missuros, que tamen elo-
quimur. Cujus formulæ sunt: prætere-
mitto, taceo, fileo, relinquo, non memo-
rabo, non querar, non repetam &c. Ali-
quando interrogativè efferuntur. Ut:
Efferamne? quid memorem infandas ca-
des &c. *Æneid* 8. Huc spectat ἀκλι-
μὸς, dissimulatio recusantis, & tamen
maximè

C. BARTHOLINI

maximè cupientis, Ut: Vulpecula percipi-
ens caudâ arborem, & nullis deciden-
tibus piris, abiens dixit: non cupio.

Percipitur etiam Ironia & augetur
pronunciatione, (de qua in parte Spe-
ciali) Unde & subsannationem, quæ ge-
stu magis quam uerbis fit, *μυκτηρισμὸν*
vocant. Quibus omnibus consideratis
inutile fuerit cum Cicerone, Quintilia-
no & Kechermanno aliam etiam Ironi-
am, quæ in Oratione sit, comminisci.
Unde rectè Goclenius probl. Rhetor. 25.
Nulla est Ironia sententiæ, sed omnis
Ironia est in verbo, etiam si continuari
poterit, quod declarat exemplo Cicero-
nis in Verrem. Et Sturmius cap. 9. de
universa ratione elocutionis duplicem
faciens Ironiam, Verborum & Senten-
tiarum, mox se corrigit, quamquam, in-
quiens, in Ironia sententiarum etiam
verborum inest modificatio.

CAP. VII.

DE METONYMIA.

Meto.

Metonymia in genere dicta, est cum usu inflexo usurpatur vel causæ dictio ad causarum notandū, & vice versâ, vel subjecti ad adjunctum concipiendum, & vice versâ, vel totius ad partem designandam, & e contra.

Fundamentum Metonymie ita generaliter acceptæ cap. i. exposuimus. Specialis autem est Metonymia, quæ vulgò solum Metonymia dicitur, Synecdoche verò alia est pars vel species Metonymie. Ex parte hoc agnoscunt alij, qui Synecdochem vel Metonymie cognatam vel specialiter quandam Metonymiam vocari posse putarunt. Et ostendunt hoc ipsum exempla eadem ab aliis ad Metonymiam, ab aliis ad Synecdochem relata. Ne verò discentes turbentur, Metonymia & Synecdoches receptam quæ vocem & quæ tractationem retinebimus distinctionem in sequentibus.

Metonymia dicta est quasi transnominatio, quia nomina transferuntur.

Alj

C. BARTHOLINI

Alij denominationem dicunt. Rhetores nonnulli Hypallagen vocant, referente Cicerone, quia verba pro verbis quasi submutantur. Sed ex Etymologia differentia sufficiens nulla a Metaphora haberi videtur.

Metonymia vulgò dicta est, cum vox causæ ad causarum concipiendum adhibetur, & e contra; vel subiecti pro adjuncto intelligendo, & vice versâ.

Quando ex antecedente consequens est edocendum, & vice versâ, alij huc referunt: qui nimirum sententijs etiam tropos per vim volunt intrudere: de quibus infra.

Subiecti & adjuncti vocem hic communi loquendi more usurpamus, non philosophicè.

Usurpatur autem Causa ad effectum designandum.

L. Efficiens. Ut, Job. 7. 39. Hoc dixit de ipso Spiritu quem accepturi erant ipse credentes in eum; nondum enim erat
Spi.

Spiritus Sanctus, id est, effectum Spiritus Sancti. Effectus enim impetu urgentiore menti praestituendus, usu inflexo usurpatâ dictione exprimitur, quae efficientem ipsum suae Æt̃ primo signat.

Usurpatur Efficiens i. principalis, ut: Inventor, autor, scriptor &c. pro inventis, scriptis &c. ut: Mars pro bello, Bacchus pro vino, Moses pro libris à se scriptis, Virgilius pro libris eius &c. 2. Instrumentalis pro re instrumento factâ, ut manus pro scriptura, lingua pro sermone.

Et huc pertinent Metalepseos species secunda, cum efficiens pro effectu, & quarta, cum ex priori posterius significatur, ut, ira pro pœna inam consequente.

II. Materia ex qua, ad materiatum denotandum, ut, as pro nummis, ferrum pro gladio, (hoc exemplum diriusculè Melanthon ad Synechdochen refert, ferrum enim pars gladij dici non potest.) semen pro posteris &c. Sic semen mulieris Christum menti insinuat.

Quan:

C. BARTHOLINI

Quando enim rem materiã suã con-
stantem cum re aliqua comparatã men-
si vehementius volumus præformare, ut
materie potissimum ratio ad animum sit
sumenda, dictionem materie usu inflexo
ad conceptum ejusmodi infigendum usur-
pamus.

Addunt quidam Metonymiam mate-
riati pro materia, ut pallium pro panno.
Sed vix occurrent exempla; Et si occur-
rent, referri poterunt ad Metonymiam
effecti.

III. Materia in qua vel Subjectum
(latissime hic acceptum) ad adjunctum
seu accidens menti infigendum. III,
Matth 5, 29. Ervendus qui scandalizat
oculus, id est; adjuncta concomitante
scandalum parientia. Sic Juvenalis Sat.
2. Qui Curios (id est, temperantes &
frugales) simulant & Bacchanalia vi-
vunt. Sic quosdam vocamus Scipiones,
Augustos, Trajandos &c. Huc spectant
II. Contingens pro contento: (Melamb.
ebon & alij ad Synecdochen referunt)

at; Calice vel amphora pro vino vel portu
 in calice vel amphora, Et contentum
 pro continente, ut: Vina coronant, id
 est, pateras: lares vel penates pro do-
 mibus 2. Locatum pro loco ut: Deva-
stantur Bohemi, pro Bohemia. Vel Lo-
cus pro locato ut murtu pro homini-
 bus, pagg pro rusticis, Dania pro incolis
 moratis, Sic dicitur domus Abaron in
Jehova sperare, Psalm 114. Vel pro actio-
 nibus in loco peractis. Uti Consistorium
 vel curia, pro actionibus inibi habitis
 3. Possessor pro re possessa ut: proxi-
mus ardet Ucalegon, id est, domus Uca-
legonis. Quod tamen exemplum du-
 rissimum iudicat Quintilianus, & vix
 nisi poeticum Hominem exsugere, id est
 de vorare 4. Dux pro exercitu. Ut:
Alexander vicit Darium Imperator Ro-
manus Turcas prostravit, id est, exer-
 citus vel milites eorum. Referrī etiam
 possunt haec exempla ad Synecdochen
 partis integralis pro toto. Sed quacumque
 referatur, Metonymia est.

Vell

C. BARTHOLINI

Vel vice versâ Adjuncti dictio Subjectum usu inflexo denotat, ut mens in primis excitetur ad adjunctum ipsum in subjecto (quod alteri rei attribuitur & comparatur) quatenus adjuncto ejusmodi subjectum est, potissimum considerando. Adhibetur autem, habitus vel forma aliqua accidentalis, pro persona habitu præditâ. Ut: Sapiencia pro homine sapiente; peccatum pro peccatore; Superbia in urbe dominatur, id est, superbi. Sic crudelitas pro crudeli, scelus pro scelesto, sanitas pro sano homine &c. In his enim & similibus exemplis ponitur forma pro formato, ut ita loquar, majori emphasi, quam si poneretur formatum, v. g. ob peccatum enim dicitur peccator, quod adjunctum est hominis, non quatenus hominis, sed quatenus peccatoris. Sic in scripturis dicitur Unus Deus justificans præputium (id est, $\alpha\chi\epsilon\theta\upsilon\sigma\omicron\upsilon\nu$ vel præputiatum) per fidem, & circumcisionem (id est, circumcisum) ex fide. Itim: ut sitis nova conspersio, id est, massa

massa conspersa Quia hæc sunt abstractæ
 illæ formæ, quæ rem penitus & intimius
 ob oculos ponunt, quam concreta. 2. Si-
 gnum pro signato, aut vice versâ. Ut:
 Sceptrum pro imperio, toga pro pace,
 fasces pro imperio, corona pro regno,
 arma pro bello &c. Miror Kebermanni
 incommode dici banc Metonymiam ad-
 juncti asserere ausum, eo quod sit Meto-
 nymia relati; quo stante, quiuis nega-
 verit ipsum esse animal, eo quod sit ho-
 mo. Relatio enim est accidentis seu ad-
 juncti species. 3. Tempus pro rebus quæ
in tempore sunt aut fiunt. Ut. Sæ-
culum felix vel pessimum, id est, homi-
nes. O tempora, o mores &c. & ignavis
semper feria, id est, otium.

Tandem effecti voce Causa effer-
tur. Vulgo dicitur: Effectum pro causse,
 ut Christus dicitur restitutio nostra. Ubi
 restitutionis dictio usu inflexo usurpatur
 ad ipsam restitutionis causam potentiùs
 menti præstituendam.

Ut eo ipso insinuetur id omne, quicquid

D

Je.

C. BARTHOLINI

Jesus Christus est, nostra restitutioni da-
ri. Cum enim efficiendi vis omnis in effe-
ctu eluceat, potentiùs & urgentiùs illa
in effectu velut efficientiæ ipsius vivâ ima-
gine contemplanda exhibetur, quoties
causam efficientem menti præstituerè vo-
luimus cum re aliqua comparatam. Sic
osculamini filium, id est, amate. (unde
liquet tam verba quàm nomina Metony-
miam recipere, frequentius tamen nomi-
na) Sic frigus pigrum dicitur, quia pigros
facere putatur. Canities est veneranda,
id est, senectus. Amor cæcus, pallida mors,
adolescens læta, senectus tristis &c.
quia tales efficiunt. Ubi tamen monen-
dum pro ratione subiecta materie tropi
aliquando esse in epitheto, ut læta adole-
scentia præterfluxit, aliquando in subje-
cto, ut adolescens non potest non esse
læta, id est, adolescentes, voce læti pro-
priè accepta: Mors est in olla, id est, a-
liquid mortiferum. Huc spectat prima
Metalepseos species apud Melanthonem.
Huc alij, ut diximus, referunt ante-
cedens

cedens pro consequente, ut: *vixerunt*,
 pro, *mortui sunt*, *mundam tuniam abster-*
git, id est, *blanditur*. *Discumbere pro cœ-*
nare. *Euimus Troës*, id est, *non suuus*
amplius. *Consequens pro antecedente*, ut:
pallet, id est, *amat*. *Erubuit*, id est, *faci-*
mus patravit. *At sunt argumenta Logica*
in hunc usum tracta.

C A P . V I I I .

D E S Y N E C H D O C H E .

Synecdoche vulgò dicta (*vel com-*
prehensio unius sub aliquo) est cūm
 pars seu membrum pro toto vel inte-
 gro designando ponitur, vel è contra
 totum pro parte, n. *Integrale*, *Ut: Gen.*
16, 2. Sara conqueritur se occlusam, id est,
 partem eam generationi destinatam, quā
 occludi potuit. *Sic Rhenus pro parte Rhe-*
ni. *Totus mundus ardet bello*, i. e. *maxi-*
ma pars mundi. *Exercitus casus* id est, a-
 liqua ejus pars. 2. *Universale*. quò spe-
 ctant, cūm 1. *genus pro specie* poni-
 tur, ut: *Virtus pro fortitudine*, *homo pro*

D 2

Casu.

C. BARTHOLINI

Catilinâ, Regnum pro Dania, animal pro bestia, stare pro esse in portu &c. 2. Nomen commune pro proprio, species pro individuo καὶ ἐξολω, ut: Apostolus pro Paulo, Orator pro Cicerone, Philosophus pro Aristotele, Poeta pro Virgilio. At si additur talis determinatio, quæ uni tantum individuo competit, non sit Synecdoche, sed periphrasis, ut virgo Deipara pro Maria. Vel patronymicum loco proprii apud poetas, ut Pelides aut Eacides, pro Achille: Et tum cum Quintiliano Melanthon & alii Anonomasia speciem hinc constituunt. Sed eropicitra necessitatem nun multiplicandi. 3. Cum numerus pluralis ponitur pro singulari. Ut cum Cicero de se dicit: Nos Oratores visi sumus. Et hoc usitatissimum est.

Pars pro toto. 1. Essentialis, quæ exempla Treutlerus & Keckermannus ad Metonymiam formæ pro formato otiosè referunt. Ut. anima quæ peccaverit morietur, id est, homo. Talia Rhetores qui-

quidam ad Metonymiam, quidam ad Synecdochen referunt. Utrique recte, nam & Metonymia species Synecdoche est, ut supra monstratum. 2. Integralis, ut teclum vel parietes pro domo. miles pro exercitu, mureo pro gladio, puppis vel prora pro navi. 3. Universalis. quo spectant exempla, cum ponitur. species pro genere. Ut parricida pro homicida. Vel quasi species pro quasi genere, ut, ad illum diem Memmius erat Memmius, id est, sibi similis in anteaetis. Est tropus in voce ultima; ratione repetitionis est figura, de qua infra. Pontus pro maris sexcenta pro multis plus milibus hoc dixit, id est, sapius. Ubi numerus certus pro incerto ponitur. 2. Singularis pro plurali. Ut, Miles Danus adveniebat, id est, milites. Hostis habet muros, id est, hostes tonent urbem, Eneid. 2. 3. Personae secunda singularis pro plurali aliqua, Ut: Magistratu opus est. sub quo feliciter degas, id est, degamus vel quilibet degat. 4. Individuum pro specie, &

D 3.

nomen

C. BARTHOLINI

nomen proprium pro communi. Ut: Cicero pro eloquente, Euclio pro avaro, Cresus pro divite, Iruus pro paupere, Stentor pro clamoso &c. Sic cretensis pro mendaci ponitur &c. Et hanc alteram Antonomastias speciem alij constituunt.

Si queras, annon etiam species pro specie ponatur. Ut, Canis pro homine invidio, lupus pro homine crudeli, leo pro forti &c.; Respondetur poni quidem sed esse Metaphoram, non Metonymiam. Rectius quis sterneret Synecdochen partem pro parte, quando in scriptura animalis aliquando pro corpore separato seu cadavere ponitur. At non est, qui post separationem nec corpus nec anima partes sunt; quippe tum nullum totum. Sed nec est Synecdoche partis pro toto; nam nec totum intelligitur in scripturis illis pro cadavere, nec cadaver est homo mortuus; nec homo, quando mortuus. quae omnia contra Goclenium probl. Rhetor. 42. notanda. Verisimilius ergo est in locis ejusce.

ejusmodi poni adjunctum (scilicet quod nuper fuit, at amplius non est) pro subiecto, cum anima pro corpore separato ponitur. Neque hoc inter loquendum insolens, rem nominare talem; non qualis est, sed qualis antea fuit. Ita enim Matt. 26. Simon apud quem Christus convivatur, appellatur leprosus; non quod tum talis fuerit, sed olim. Sic Matth. 11. Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, id est, qui talis fuerunt. Sic sæpe aliqua salutatur meretrix quæ fuit, licet jam non sit. In ejusmodi exemplis tropum agnoscit Goolenius cum Piscatore, & putat esse Synechdochen generis Catachresticam Popularem. Sed cum non videam quale genus pro specie penatur, tempus enim præsens pro præterito, non est genus pro specie, sed potius species pro specie, itaque existimo esse adjunctum (quod nuper fuit) pro subiecto: vel si mavis, signum pro re signata. Cum enim meretricem vocas, quæ fuit, non tamen amplius est. signum est eam talem tamen ante fuisse:

C. BARTHOLINI

atq; ita Metonymia fuerit, quomodo cumq;
consideretur, non Synecdoche.

Porro querat quis, an Synecdoche
sit, cum due partes ponuntur pro una.
Ut Vim & injuriam propulsare, id est,
vim injuriosam. Et Virg. Pateris liba-
mus & auro, id est, aureis pateris. Re-
sponderetur: rectius figura Grammatica
aut Poetica fuerit ἐνδιαδύο dicta,
quando res una per plures voces effertur,
tamquam plures res denotantes.

CAP. IX.

DE TROPORUM ACCI- dentibus generalibus.

Non hic accidens pro proprietate
accipitur, ut censet Keckerman-
nus, sed latissime pro quovis quod acci-
dit, pro modo vel gradu, ut in hyperbo-
le; pro rei continuatione, ut in Allego-
ria &c.

Sunt illa tria potissimum: Κατά-
ψησις, abusio ὑπερβολή, superlatio,
ἀλλή-

ἀναμνησία, tropus multiplicatus, vel
tropi continuatio.

Quæ in tropis quidem omnibus & sin-
gulis, sed in aliis crebrius accidunt. Ad-
dunt alij *μείωσις*, quæ tamen est species
hyperboles; & *Emphasin*, quæ est tacita
quædam vis & significatio, tam in didio-
nibus simplicibus absq; ornatu, quam in
tropis. Ut Esai. 9. Puer natus est nobis.
Ubi nulla inflexio est aut translatio. Sic
ipse Christus hoc dicit.

Catachresis est tropus durior acina
qualior.

Ut sperare pro timere. Gladius vaginæ
vacuus, id est, nudus.

Aliis *ἀκρολογία*. Dicitur *Catachre-*
sis *Synechdochica*, & *Synechdoche* *Cata-*
chrestica, cum *Synechdoche* durior est, &
sic in tropis cæteris. Mirum itaq; *Cypræ-*
num *Soarez* *abusionem* lib. 3. cap. 5. sta-
tuere diversum tropum à *Metaphora*,
cum & hujus & reliquorum troporum sit
affectio; & quando *Metaphora* est dur-

C. BARTHOLINI

vior, diversus sanè à Metaphora tropus non est.

Ut autem molliatur nonnihil & quasi corrigatur, adjicitur Epiplexis, pramunitio vel castigatio quadam & licentia petitio, hisce ferè formulis: liceat ita loqui, ut ita dicam, ut auctoris hujus verbis utar, quasi, velut, tamquam &c.

In sacris autem λόγοις ejus quidquam non reperitur, si linguæ proprietates probè observentur.

In aliis nata est Catachresis lingua luxurià nullo in rebus fundamento, ideoq; utilitate nullà vel admodum exiguà.

Hyperbole, est quà veritas iuperatur rei augendæ vel minuendæ gratiã.

Dicitur ὑπερβολή, quia ultra quàm natura concedit, communitatem rerum, ad mentem eò vehementiùs percellendam ὑπερβάλλει, ut communitas, propter quam dictionis usus inflectitur, vel tenuis & obscura valde sit, vel
non

non nisi figmento animi aliqua sit. Sic dicitur Exod. 3, 17. terra fluens lacte & melle. Et 2. Sam. 1, 23. Saul & Jonathan leonibus fortiores & aquilis velociores.

Definitum Ciceroni veritatis superlatio alibi Trajectio augendi vel minuendi causa reperta. Vtiose ab eodem & Fabio inter figuras refertur, quae non in voce sunt, sed in sententia. Hinc alij nihil minori vitio Hyperbolen Tropum sententiae fecerunt, ut Keckermannus & alij. Aliquando in nota Oratione videtur quidem consistere hyperbole, ubi tamen ex Logicis esse potest descriptio, comparatio, argumentum &c. Sic in exemplo: *It clamor caelo*, Keckermannus dicit esse tropum in tota oratione, non in voce clamoris, nec voce caeli, nec voce ire, lib. 2. syst. Rhetor. cap. 8. Respondetur. Non est tropus in tota oratione, nec in voce clamoris: sed ire Metaphora est; *Caelo vel ad caelum* est Synecdoche hyperbolica pro in alium: Sic de aliis judicandum.

Dicitur in definitione superari veri-

C. BARTHOLINI.

tas. Hinc tamen hyperbolæ mendacia
propriè non sunt. Nam 1. in iis non
τὸ πητόν; sed ἀγνοία spectatur. 2. Non
est aut esse debet in iis fallendi propo-
situm. 3. Nec mentis & dictionis difformi-
tas. 4. Nec erit ultra modum, licet supra
fidem sit.

Estque vel αὐξέσις amplificatio, vel
exsuperatio, vel μείωσις extenuatio.

Auxesis est cum verbo utimur ve-
ritatem superante, rei augendæ gra-
tiâ: Ut scelus pro scelerato, pestis pro pe-
stifero, latrocinium pro cade, venefica
pro mala, asinus pro stolido. Sic sermo
Angelorum pro eximio; est metaphora
hyperbolica; latro pro improbo, est hy-
perbolica Synecdoche. Si Æthiopem vo-
ces Cygnum, est hyperbolica Ironia; Sce-
lus pro scelerato, est hyperbolica Meta-
nymia.

Tot ergo hyperboles genera sunt, quor-
um tropum; licet in Metaphoris domine-
tur hyperbole maxime. It clamor celo &c.
Cum minor est, & mirabilia fidei ma-
nifesta

met, auxesiu nannulli vocant; cum maior,
hyperbolen. At maius & minus, non fa-
ciunt differre specie. Quorsum ergo Phi-
lippus hyperbolen ab auxesi, ut speciem à
specie distinguit?

Huc referunt Epitheta digniora; ut
homo sapientissimus, ditissimus; & Com-
parationes, ut Craso ditior, glire somno-
lentior, pumice aridior; licet in his sit
comparatio Logica, juncta cum auxesi in
verbo uno.

Ταπεινωσις vel μειωσις est, quâ
veritas superatur rei minuendæ & ex-
tenuandæ causâ. Ut: Erratum pro
scelere, liberalis pro prodigo, severus pro
crudeli, parcus pro sordido, vermis pro
homine, precari pro mendicare. Conqui-
sitor pro pradone, curiosa pro venesica,
perstringere pro vulnerare &c.

Sic extenuatio est, cum difficultas
minuitur, unum cum alio collatum de-
primitur, quid vel nimis contemnimus,
vel ut inutile deprimimus.

Hanc subicitur ἡ ἁποτομῆς, diminui-

C. BARTHOLINI

sio modestia causa usurpata. Ut: Mane-
ra non sperno, id est, libenter accipio. Et
Cicero: Si quid est in me ingenii, iudices
quod sentio, quam sit exiguum. Idem de
lege Agrar. Nullus homo non cupidus neque
appetens. 2. $\delta\pi\alpha\nu\omicron\epsilon\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$, vel simplex
in verbis, cum diminutiva loco primiti-
vorum accipiuntur, ut conditivolum, of-
fensivucula &c. vel continuatae aut mul-
tiplicatae; ut homo somnium umbra,
ubi non figura, sed duo tropi, in singulis
vocibus unus.

Allegoria, ab $\alpha\lambda\lambda\omicron\ \alpha\gamma\omicron\epsilon\upsilon\epsilon\iota\upsilon$ ali-
ud dicere, Quintiliano lib. 8. cap. 6. In-
versio, est tropi continuatio & repetitio,
vel tropus multiplicatus, vel multi
tropi conjuncti.

Ut apud Horat. nigra loliginis succum
infamiam interpretatur Erasmus. Suc-
cus, id est, virus, nigra, id est, malitiosa,
loliginis, id est, obscuracionis & detra-
ctionis fama. Male ergo à Cicrone Me-
taphora species constituitur: libet alle-
gorias

gorias metaphorarum frequentiores esse non inficiemur.

Estq; vel plurimum troporum coacervatio; ut ex Meronymia & Metaphora. Ut: Sine Cerere, & Baccho friget Venus, id est, sine cibo & vino languet amor.

In hoc exemplo vitiosè Kechermannus dicit esse allegoriam totius Orationis. Non enim nisi in quatuor vocibus est tropus; nullus in sine, nullus in &. Et Matth. 7. 6. ne projicias margaritas prociis, id est ne communices pretiosa indignis. In hisce & similibus, singulae voces majores sunt tropicae. Tales sunt plerèq; parabole in historia Evangelica, quando aliud intelligendum tacitè.

Vel Metaphorica, ex continuatis metaphoris: Ut: arbor mala, quae fructus bonos non fert, excinditur & in ignem conjicitur.

Et Cic lib. 3. Orat. Corax Orator excludat (id est perfectos reddat). pullos (id est discipulos) e nido suo (id est schola,)

C. BARTHOLEJNJ

Ita,) ut volent id est in forum se con-
ferant) corvi clamosi (id est loquaces
rabule.)

Vel Metonymica.

Ut Plautus; Vulcanum in cornu ge-
vit; Metonymice Vulcanus pro igne vel
candela, cornu pro laterna cornea po-
nitur.

Vel Synecdochia.

Ut: Philosophum (id est Aristotelem)
totus mundus id (id est magna mundi
pars) fuit (id est appetit.)

Vel Ironica.

Ut: Cic. in Clod. Integritas (id est
malevolentia) tua se servavit (id est
perdidit.) pudor (id est impudentia)
eripuit (id est perdidit.) Vita antea
servavit (id est perdidit.)

Allegoriarum exempla sacra videan-
tur Esa. 42. 3. (idemq; Matth. 12. 20.)
Ezech 18. 2. Osea 8. 7. Matth. 7. 6 & 15. &
23. 24. Act. 9. 6 Gal. 6. 7. & passim alibi.

Regulae 1. Allegoria non ni-
quam sit frequens, ne satietatem
pariat;

pariat; nec, temere à quovis confin-
genda.

2. Ex quo genere rerum cæpisti in
Allegoriis & Methaphoris, etiam
simplicibus, eodem desinas. - Quintil.
lib. 8. cap. 6. ne humano capiti cervicem
jungas equinam.

Allegoria obscura dicitur Ænig-
ma. *Vt: Mater me genuit, eadem mox
gignitur à me, id est, glacies.*

*Sic: Vidi hominem (id est, Cheiruro-
gum Synecdochicè) qui as (id est, cucur-
bitulas Metonymicè) homini igne agglu-
tinebat (id est, apponebat Metaphoricè.)*

Ænigma continuationem quandam tro-
porum esse fateatur ipse Keckermannus.

Animatum autem usus in soluta Oratio-
ne rarior sit, nec adhibendus, nisi cum
gratiam singularem habet. *Vnde Fabius:*

Ænigma in sermone vitium magis est
quam virtus. & *In sacris enigmata rbe-
torica sunt rarissima. In historia Simsonis
Jud. 14, 14. exstat unum.*

*Notandum autem, quando in sacris
mentis.*

251

C. BARTHOLINI

mentio fit enigmatis ut I. Cor. 13, 12. cum
dicimur videre per speculum in anigmatibus
non id denotari voce anigmatis, quod in
Rhetoricis profanis. Sed videre in anig-
mate est res altiores & divinas inferiori-
bus vocibus, quae res externas & seculares
denotant, contemplari. Omnia enim no-
stra verba & λόγῳ quando sapientiam
caelestem proloquuntur, sunt anigmata; id
est, obscurius rem explicant: omnia
namque ea quae sensibus patent & per
eosdem menti cordis sunt obvia, mente
tum seponenda & removenda sunt; & ni-
bilominus id ipsum, quod dictiones elo-
quuntur, acceptandum credendumque
est.

CAP. X.

DE TROPIS TAM-
quam peculiaribus vulgò
existimatis.

Addiderunt alij hosce sequentes
tamquam tropos.

I. Antonomasian vel nominis permuta-
tio

rationem. Vt, cum 1. nomen commune pro proprio ponitur aut contra At supra in Synecdoche hæc inculcata. 2. Quando pro nomine ponitur definitio, descriptio vel etymologia. Vt habitus instrumentalis ornatè dicendi pro Rhetorica, Trojani belli scriptor pro Homero. De viro summa pro viragine.

At sunt Logice definitiones descriptiones & etymologia, ex quibus tropos non desumi supra diximus. Et quid hic ornatus Rhetorici? Vox præterea rem aliam significans, non ponitur pro voce: Sed utraq; vox rem unã eandemq; significat.

2. Metalepsin vel transumptionem, cum ponitur effectum pro causa, vel causa pro effecto. vid. supra in Synecdoche.

3. Onomatopœcian vel novam nominis confictionem, sumtam à sono, similitudine nature & morum, vel alia quapiam proprietate. Græcis inter maximas habebatur virtutes. Latinis parcissimè permittitur, quia in his non ita felices, ut Græci: in tamen venerunt mugicus, murmur,

C. BARTHOLINI

murmur, sibilus, vagitus &c. Recentiores
rarissime innuant. Apud Taubmannum
tamen reperio in versibus turtive lire pro
alaude cantu. Bombardam Cornelius Va-
lerius vocat novum & durum verbum;
sed res etiam talis est. Ita enim & novis
vocalibus multis hodie necessario utimur:
Qualia sunt: Papa, Cardinalis, Abbas,
Lantgravius, Burgravius, Marchio, Baro,
Superintēdes, Scabinus, Pedellus, Amiral-
lius, Marescallus, &c. de quibus Ad. Tb.
Siberus in Comment. Rhetor. Quando
autem dicitur Cantor boare, jam non est
Onomatopœia, sed Metaphora à bobus
ducta. Sic Onomatopœia est. Balacus ovium
sonum, taratantara pro tubarum sono.

Atqui hoc nomen nihil aliud immedi-
atè significat, sed est nativa significatio
ejus clangoris. Ergo nullus tropus. Unde
voces ejuscemodi Cicer. i. partition. nova-
te dicuntur atq; translatis & tropicis dis-
tincte.

Vitium est: si composita consingantur;
ubi non opus, ut celum dicere multiperso-
narum

matum, propter multas facies stellarum:
adulatorem, doctimendicum: id quod si-
nem adfert, terminiferum &c.

4. Epitheton, vel adjectivum ali-
quod additum. Ut sanctus Paulus &c.

Resp. 1. aliquando epitheton, ut cali-
dus ignis, additur simpliciter absq; orna-
tu & tropo. Et tum rectè Valerius in tab.
Rhetor. pag. 66. Epitheton, quia nihil
vertat, non video quomodo tropus
dici possit. 2. Aliquando tropice: ut ef-
frenata libido, & ad tropum aliquem
pertinebit, ejusvè affectionem.

Epitheta autem sint 1. accommodata,
ex analogia ducta, non contraria. 2. non
longa, intempestiva, otiosa, nimis crebra.
Iis enim utendum ut condimentis, non ut
cibus; secus quàm fecit Alcidas; nec
enim dixit sudorem, quin adjiceret hu-
midum &c. In Poesi autem magis licitus
epithetorum usus. Otiosa apud Oratores
vituperantur.

5. Tapinosis, de qua in Hyperbole.

6. Emphasin, de qua supra.

7. Peri-

C. BARTHOLINE

7. Periphrasin. *Vi diligens differendi ratio pro Dialectica, Studium sapientia pro Philosophia &c.*

R nulla vocis alicujus translatio. Poruntur ergo pro definito definitio, pro nomine notatio &c. ex Logicis, ut supra dictum. Interim periphrasis tropo fieri potest, ut: *Metaphorica: Piscatores hominum pro Apostolis. Cum in vitium incidit, dicitur Perissologia, rerum supervacuarum expositio. Vi si pro ventriculo dicas coriaceam ollam naturalis digestionis: pro scamnis intestina hypocausti. pro struthiocamelo, avem magnam, quae non volat, & cujus pluma gestantur in galeis & pileis: pro cultro, instrumentum scissorum transferendis alimentis ad os aptum. Aliq, futili garrulitate in colloquiis risum, in Orationibus explosionem merentia. Adhibetur interdum necessitatis causa, ut vitentur turpia. Ut, Ire ad requisita natura, pro cacare aut mehere.*

8. Hyberbaton, est cum dictio longinqua a suo loco transgreditur, Ut Rom. 5.

Sicut

Sicut per unum hominem peccatum introit in mundum &c. longo intervallo post subjicitur *ἁτοδοσις*: Sic per unius justitiam &c.

Resp. Constructio Grammatica est & periodus longior. Hinc alia Hyperbaton est ordinis Grammatici perturbatio seu immutatio, cujus forme sint 1. Anastrophe verborum inversus ordo: ut italicam contra. 2. Tmesis seu Diacope, sectio, vocis composita per unum aut plura interiecta & divisio, ut: septem subjecta trioni. 3. Hystero-logia Ut: Qui ad veneris urbem, pro ad urbem. Quando sensuum & rerum est, commutatio dicitur 4. Hysteron proteron seu prothysteron, quando quod secundo loco fit, priori ponitur, Virg. altos tetigit fluctus & ad equora venit. 5. Hypallage, cum Oratio mutato rerum ordine effertur. Ut, date classibus austris, id est, classes austris. Ibant obscuri solâ sub nocte, id est, soli sub obscura. 6. Parenthesis. 7. Synchysis, cum omni ex parte verborum ordo perturbatur. Ut Horat.

Namq;

C. BARTHOLINI

Namq; pilâ lippis inimicum & ludere crudis Ordo est: Ludere pila est inimicum lippis & crudis.

9 Ænigma, de quo in Allegoria.

10 Proverbium vel Paroemiam, alias adagium, dictum aliquid celebratius. Vt: Difficilia que pulcra. Ne quid nimis. Pares cum paribus facile congregantur, &c.

Resp. aliquando est simplex gnome vel sententia sine tropo, ut in allatis exemplis: aliquando Metaphora allegorica: ut medicum fermenti totam massam inficit. Aliquando similium protheses &c.

11, Apologos vel narrationes, tribuentes inanimatis vel brutis dominum mores, sensus, studia, orationem &c. ut in Comædiis & Tragædiis, fabulis poetis & aliis mythologis, &c.

Sed hæc & consimiles sunt allegoria.

12. Parabolas vel similitudines à variis rebus sumtas.

Resp supra ad allegorias retulimus plerumq;

13. Sar

13. Sarcasmm, qui tamen quando tropicus, est ironia acerbior insultans calamitate oppressis. Ut: Si filius es Dei descende de cruce. Ac si dicerent: non es filius Dei &c. Sic: Ubi (id est, nullibi) nunc mors aculeus tuus?

14. Antiphrasis vel dictio per contrarium intelligenda. Ut: Parca quasi minime parca vel parcentes. Sed Antiphrasis est impositio nominis vel notatio Logica à contrario neque tamen ob id Ironia, ut Keckermannus & alii volunt, quia vox Parcarum non adhibetur ad aliud docendum, quam quod nativâ dicitur, nempe Deas non parcentes.

15. Μυκτηρισμός, de quo in Ironia.

16. Ακκισμός, ibidem.

17. Mimesis, quâ alterius verba aut gestus imitamus. Hec nonnunquam pro Soporæ subjicitur, aliquando Ironia.

18. Αυσμός, qui est longe petitus & εὐσεγδοκία & jocus, Ut: qui Bavium (malum poetam) non odit, amet tua carmina Mævi (pejor.) At hic absq; tropo fieri

E

fieri

C. BARTHOEINI

fieri & esse potest. (Ut datum exemplum
est protasis similitudinis) uti &, quem in
tropis posuere.

19. Χαελεντισμὸν, cum dura mi-
nanti & irato mollioribus verbis per jo-
annem respondemus. Ut: Hei bona verba
quæso. Tropus autem si accedit, Ironia
exsurgere possunt species.

20. Διαγρμον, irrisionem, cum lu-
dentes, quæ ab adversariis dicuntur, dis-
solvimus. At sine tropo etiam fieri po-
test.

Atque hætenus de tropis vel Suadæ
interna seu ornatu interno verborum sin-
gularum primario. Sequitur figura
vel ornatus incontinuatione verborum,
seu sermone.

CAP. XI.

DE FIGURIS IN
Genere.

Figura est pars Suadæ internæ pri-
maria vel ornatus primarius vo-
cum significantium conjunctarum,
quas

quas vel in se vel in sensu respicit; ad auditorem permovendum.

Definitum Græcè *ἤψα* (voce ex iiberis sumit) forma, habitus, color & dignitas, nempe Orationis. Quis præter Grammaticam nuditatem & simplicitatē orationi ornatum aliquem addit, quo quasi vestiatur & insigniatur

Unde definit Leontinus, quòd sit locutio, qua Orationis habitus à recta & simplici consuetudine cum venustate & gratia recedit. Soarius cum Quintiliano: quòd sit conformatio quedam orationis remota à communi & primùm se offerente ratione. Leonino est loquendi forma ad aliquem usum necessarium vel utilem sive ad venustatem novata, & præter vulgarem modum assumpta, vel notabilem aliquam proprietatem habens præter simplicem significationem.

Intellige hic figuram strictius sumtam, non latè pro quavis figurata locutione tropicam etiam includente, uti latè

C. BARTHOLINI

functione utimur in vulgari loquendi
consuetudine.

Genus est pars *Suada* interna prima-
ria, vel ornatus primarius: nam Tropi-
cus est altera pars *Suada* dictae vel aliter
ornatus primarius.

Differentia sumta est ex materia vel
subjecto, nempe verbis conjunctis, ser-
mone, sententia, oratione seu vocum con-
tinuatione. Sicut autem omnis oratio;
ita ejus ornatus figuratus versatur vel in
verbis ipsis, significantibus tamen; vel in
sensu. Unde

Duo genera figuratum vel orna-
tus sermonis. 1. Vocum ipsarum con-
junctarum. 2. Sensus. Illas figuras di-
ctionis vocant, (rectius conjunctarum
vorum, cum dictio etiam simplicem ter-
minum denotat, in quo tropus:) has sen-
tentiae. Graeci significantius haec enun-
tiant, quod figurae videlicet vel sint τῆς
Ἀξείως, dictionis, scilicet continuatae;
vel τῆς Ἀνοίας, sensus, mentis significa-
tionis &c.

Dis-

Differt ergo figura à tropo. 1. hic est unius vocis, illa plurium. 2. figura esse potest in vocibus simplici usu sine inflexione usurpatis, tropus non item.

Coire tamen frequenter possunt in eandem sententiam figura etiam utriusque generis & tropi. Ut: Nunc verò quid agat, quid quotidie ruminet, quem ignorare nostrum putat? 1. est Metaphora in ruminandi voce. 2. figura primum genus, repetitio. 3. Alterum figurae genus, interrogatio.

Differt figura Rhetorica à Grammatica: Hæc in una voce est, cuius tamen non significationem concernit, ut tropus, sed vel literam (ut addendo gnatus pro natus in prosthesi; auferendo consili pro consilij in apocope; mutando ut olli pro illi in Antistrophe; vel transponendo, ut tymbre pro tymbes in Metasthesi) vel syllabam, (ut auferendo; ponere pro deponere, in Aphæresi, & dixisti pro dixisti in syncope: addendo; ut convellier pro convelli in proparalepsi, &

E 3.

Mauora

C. BARTHOLINI

Mavors pro Mars in Epenthesi) vel affectionem aliquam Grammaticam in constructione, & vocant figuras Syntacticas, sicut priores Etymologicas, de quibus videantur Valerius & alij. 1. casum: ut *urbem* (pro *urbs*) quam statuo vestra est. quò Hypallage spectat, ubi plures diversi casus pro pluribus diversis ponuntur, ut in verso ordine proferatur sententia. Ut apud Cicer. *Quis alligavit generum meum gladio* (pro *genero gladium*) & : *Date classibus austris*, id est, *classes austris*. 2. numerum, ut *turba ruunt*, pro *rui* & c. quæ omnia ex Grammaticis petantur accuratè: Hinc non ineptè Leoninus figuras Grammaticas vocavit dictionis & constructionis, Rhetoricas significationis: quamvis Rhetorica, quod non animadvertit, etiam sit dictionis, scilicet continuatæ.

Figuræ ergo sunt duplices: Vel in Oratione ipsa seu vocibus conjunctis, vel sensu ejusq; summâ.

Alijs ita: vel dictionis vel sententiæ;
sed

sed nimis ambiguit. Nam dictio etiam de
unica voce dicitur, ubi tamen tropus lo-
cum habet, non figura: sententia etiam
non sensum & significationem tantum
notat, sed etiam ipsum sermonem, quâ
verba consideratum.

Differunt figurarum hæc duo genera.
Primum in verborum ordine eleganti &
concinno ita est positum, ut si verba mu-
taveris, figura pereat: Secundum; qui-
buscunq; utaris verbis, permanet, ut in
supra dato exemplo. Quid agat, ac ru-
minet, quem ignorare nostrum putat &
repetitio tollitur, interrogatio permanet.

Quod in vocibus est, primum genus vo-
camus facilitatem sequuti, alias cum Fa-
bio figura significationis vel sensus premit-
ti possent, quia animo res concipere, na-
tura prius est, quam enunciare.

Sit autem figurarum usus 1. Parcus,
instar condimenti, non sibi, ad jucundi-
tatem non ad satietatem; Parcior ad-
huc figurarum ejuldem generis: quia
satietas ut paucitate, ita & varietate vi-

E &

satur,

B. BARTHOLINI

satur. De nobilioribus autem & insigni-
oribus hoc dictum puta: nam valde usi-
tata & vulgares, utut crebriores, consue-
tas tamen aures minus feriunt.

2 In loco, id est, cum iudicio, & cum
res poscit. Abusus enim esset ridiculus, si
rei gravitatem aliquam joci diminueremus,
rerumq; neglecto pondere, inania
verba in hos modos depravaremus: non
enim querendus habitus, vel gestus sine
carpore. 2 In re levi inania ex figuris con-
stituamus, concitariemus. Summa. Consideran-
dum quid res, persona, tempus, locus
&c. postulent.

CAP. XII.

DE FIGURIS DICTIONIS
continuatae.

Figura verborum dictionis conti-
nuatae Quintiliano fit tribus modis:
Adiectione, detractioe, similitudine. Sed
tertia species est supervacanea, nec reli-
quis recte contra distincta; sufficiunt dua
prioris.

Ado

C. BARTHOLOINI

Mater Cyrene mater qua gurgitis alii
Imis tenes.

vel irridendi &c. Hermogeni dicitur
ἐπαναλεψὴ ἔπαρήχησις.

Dictio eadem, ut in exemplis supra.
Statim, ut supra. Paucis interjectis;
(quidam vocant eam Ἀφροπὴν, separa-
tionem, ἔπαρολιώ, quae tamen in-
terpositio novam figuram non constituit.)
ut supra, aut si parentthesis interjiciatur,
ut pro Marcello: Totum hoc quantum-
cunq; est, (quod certe maximum est)
totum est, inquam, tuum. Et alia Vale-
rius vitiosè ad Epanalepsin refert Gram-
maticam.

Quando Epizeuxis cum impetu quo-
dam contentione usurpatur, vocant ali-
qui Epimon etc: Vos, vos, appello for-
tissimi viri.

2. Anaphora (relatio, ab ἀναφέρω,
refero, quod sonum eundem referat) vel
Epanaphora (repetitio) est, cum eadem
sententia, vox vel sonus in principis
sententiarum iteratur.

Scn.

Sententia, & dicitur Epimone, qualis
est versus ille Virgilianus:

Incipe Menalios mecum mea tibia
versus

Vox: ut Cicer. Verres calumniatores
adponebat, Verres de causa cognosce-
bat, Verres pronuntiabat.

Ubi simul est Epistrophe soni, Psalm
117, 5. Dextra, Jehovæ fecit fortitudinē:
Dextra Jehovæ excelsa: Dextra Jehovæ
facit fortia: Hæc vocis repetitio illustrior
est & frequentior. Aliquando alterna
tantum est verborum repetitio, monente
Quintiliano, qui hoc exemplum subjicit:
Tu actionem instituis, ille aciem instruit:
tu caves ne consultores tui. ille ne urbes
aut castra capiantur: Ille tenet & scit
ut hostium copia, tu ut aqua pluvia ar-
ceantur &c.

Sonus: Ut: Cicer. vexari Rempubl.
contemni Majestatem populi Romani,
delati vosmet ipsos diutius a tribuno ple-
bis patiemini?

3. Anastrophe In Proeg. Rutilio, vel

E 6

avπ-

C. BARTHOLOMI

Ἐπιτροπὴ, Epistrophe vel Epiphora
(conversio) est cum idem in clausulis
reperitur. 1. Vox, ut: Hic juvenis reli-
quos diligentiam superat eruditione su-
perat, modestia superat. Pænos populus
Romanus justitia vicit, armis vicit, libe-
ralitate vicit. 2. Sonus: ut, Ecclesia op-
pugnatur non expugnatur, premitur non
opprimitur.

Quando definitur simili sono ca-
sum, dicitur Homœoptoton, similio-
ser cadens. Ut hominem laudas egentem
virtute, abundantem felicitate. Quan-
do finitur sententia simili sono vel ver-
borum vel vocum indeclinabilium, ut
adverbiorum &c. vocant, Homœote-
leuton, similiter desinens. Ut: turpiter
audes facere, nequiter studes dicere.
Ubi quando membra Orationis pari-
ferè syllabarum numero constant, di-
citur Compar vel ἰσοκωλον. Ut: nec
reipubl. consulisti, nec amicis profuisti,
nec inimicis restitisti. Græci vocant
etiam ἰσάροια, id est, similia, sive equa-

lia

RHETORICA.

¶

lia membra, ut verba verbis quasi dimensa & paria respondeant. Et cum tribus constat membris, dicitur τεχνων & quamvis & singulis verbis fiat: Vt, abijt & evasit, excessit, erupit.

Anaphora & Anastrophe quando concurrunt, dicitur.

4. Symploce, συμπλοκή, complexio auctori ad Herennium, cum idem in principiis & clausulis iteratur.

Admodum vitiose Kechermannus in Rhetor. Epanalepsis duplicata, cum idem in sententia initio & fine non repetatur sed idem in principiis, & idem in clausulis: & nescio quid hic auctori isti in mentem venerit, cum ab Epanalepsi discerni non posse scripsit Symplocen, sive conjunctionem cum Epistrophe Anaphoram.

1. Sonus: Ut Cicer. Agrar. Spem improbis ostendistis: timorem bonis injecistis: fidem in foro, dignitatem de Republ. sustulistis.

2. Vox. Vt: 2. Cor. 9. Qui seminabit parce, parce etiam metet. Qui seminabit copiosè,

C. BARHOÏINI

copiosè, copiasè etiã meter. Et Cic. Agrar.

2. *Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragijs privavit?*

Rullus. Quis comitijs praesuit? idem

Rullus.

3. *Periodus: ut Dan. 3. 58. Benedicite Angeli Domini Domino: Laudate & exaltate eum in saecula. v. 39. Benedicite caeli Domino: Laudate & exaltate eum in saecula v. 60. Benedicite aqua supra caelos posita Domino: Laudate & exaltate eum in saecula. Huc pertinet Canticum trium in fornace Babylonica.*

5. Epanalepsis Hermogeni etiam

κύκλῳ, & Sturmio Circulus, alijs itim

Epanadiplosis (resumptio, ingeminatio,

vel Cic. conduplicatio) est, cum in ini-

tio & fine repetitur idem

1. *Sonus: ut Verr. 4. Saluti eorum*

potius consulam quam voluntati.

2. *Vox. Ut: Pauper amet cautè, ti-*

meat maledicere pauper. Dicitur haec

Species alias Circulus Oratorius.

3. *Vo-*



3. Voces plures: *Ut: Cognitum est te Rempubl. venalem habuisse, cognitum est.*

6. Epanodos (*reversio, Rivius & nonnulli alij hanc cum Epanalepsi videntur confundere*) est, cum in principio & medio; vel in medio & fine iteratur idem i. Sensus. *Ut: habuit honorem ut proditor, non ut amico fidem. 2. vox; etiã cum casibus variatur. Propertius: Hujus ero vivus, mortuus hujus ero. Itim: Reddite Cæsari, que sunt Cæsaris, & Deo, que sunt Dei.*

Aliquando duplicatur, & dicitur *μεταγωγή, παρὰ γωγή, μεταβολή,* & *introductio, qua non peculiaris à regressione facienda figura, ut facit Melantbon. Ut: Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, numquam tam crudeliter vitam hominis petisset.* Aliquando ordine decussato fit hæc repetitio. *Ut: Cic. Gratiam qui habet, refert, & qui habet, in eo quod habet, refert.*

7. Anadiplosis *Aquila dicta, reduplicatio*

C. BARTHOLINE

*uplicatio Martiano Capelle, Conduplicatio
alijs ut Valerio, est cum idem finis est
antius scotetia & principium sequen-*
tis. Ut Virg.

— — Sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens.

Rom. 10, 17 Fides est ex auditu; au-
ditus vero per verbum Dei. Repetitio
ergo hic est in diversis sententijs, non u-
nica, ut in Epizeuxi, Anadiplosis Hermog.
κὺν κλ. & κὺν παρ' οἰσῶτις. Quando con-
tinuatur haec figura vel multiplicatur
dicitur

Climax vel gradatio, Hermog. κλιμακω-
μὸν κωτων, alijs Ἰππικλοκῆ seu scala.
Scal. Concatenatio, in qua non refert, le-
vem nonnumquam esse verborum & so-
norum similium transpositionem. Ut
Eclog. 2.

Torva leani lupum sequitur, lupus ipse
capellam,

Florentem cythisum sequitur lascivus
capella.

Cicero.

Cicer. Africano virtutem industria, vir-
tutem gloriam, gloria amulos comparavit.
Sic: Rom. 5. afflictio patientiam parit, pa-
tientie probationem, probatio spem, spes
vero non confundit.

Ab hac non differt Epipocle Rutilli Lupi.
antiqui Rhetoris. Vt: Expugnavit domum,
expugnata ve domo familiam abstraxit,
abstractam tormentis omnibus excrucia-
vit.

Quando non in verbis sed in sensu cōsi-
deratur, dicitur Gradatio, cum ab alijs
ad alia quasi per gradus pergimus, ad pin-
gendam ornandamque Orationem. Sed in
Oratione semel aut bis tantum usurpetur.
nisi enim parcus sit usus, apertior fit ars. Et
affectation.

Differt à Sorite in Logicis. 1. Sorites
respicit illationem questionis dubie; Cli-
max non, sed tantum ornatum sermonis.
2. Climax non repetit in conclusione prin-
cipium, conjungendo subiectum prime pro-
positionis cum predicato ultime, ut So-
rites.

& Polyog.

C. BARTHOLINI.

8. Polyonymia (perperam *Soario*
& alijs *Synonymia*) dicitur etiam *Epexe-*
gesis, interpretatio, est quando plura
verba idem significantia glomerantur.
id est, idem sensus pluribus verbis effertur.
Vt Cic. *abuit, excessit, evasit, erupit. Item:*
flentes, plorantes, lachrymantes.

Huc refer *Leontini* peculiarem speci-
em, quam *disjunctionem*, *alyton* vocat,
qua singulis sententijs suum tribuitur
verbum; quod uno verbo praestari poterat
Vt Cic. *pro Archia. Hunc Colophonii civem*
esse dicunt suum: Chysium vendicant:
Salamini repetunt: Smyrnaei vero suum
esse confirmant. Estq; Hypozexis contraria
Zeugmati.

9. Pleonasmus est ubi verba quae-
dam abundant, vel minimè necessaria
& ex ipso sensu intelligenda adduntur:
Vt: *bisce oculis vidi. Sic ore loquuta est.*
Quando conjunctionum est abun-
dantia, dicitur *Polysyndeton*. Vt *Li-*
vius: Somnus & vinum, & epula & scor-
ra, & balnea corpora atq; animos emer-
uant. Si

Si vero eadem vox sine singulari Em-
phasi iteratur, non figura, sed vitium
orationis oritur, Tautologia.

10. Polyptoton, Rutilio πολυπλω-
τον, Hermog. πολυπλωσία (Casuum va-
rietates & multitudo, Cic. casuum Com-
mutatio. Intellige autem per casum cum
Logicis quacumque inflexionem nominis,
verbi, adverbij &c. Numerum, casum
gradum, genus, personam, tempus, mo-
dum &c.) est cum voces ejusdem ori-
ginis variis casibus vel inflexionibus
repetantur. *Ut Gell. lib. 8. cap. 2. Qui
nihil habet in vita jucundius vita, is cum
virtute vitam non potest colere.*

Itim: Cic. pro Archia: Pleni sunt o-
mnes libri, plenæ sapientum voces, ple-
na exemplorum vetustas. Spectantem
specta ridentem mollia ride. Non ut e-
adem vivo; sed ut vivam, edo. quod exe-
mplum diversâ consideratione etiam ad
Anaximabolen cum Melanibone infra
recolimus.

Dicitur ab alijs Traductio, μεταγω-
γή &

C. BARTHOLINVS

ἢ ἔσθ' ἄρα, quae minimè cura
Leontino ἔσθ' Soaris diuersa facienda à
Polyptoto. Unam vero figuram hinc rectè
facit Valerius. Inflexiones adverbiorum
hic etiam intelligenda: ut humanè, hu-
maniter, humanius &c.

II. Antanaclassis, reuerberatio, est
cùm vox aliqua iteratur, mutatâ si-
gnificatione vocis.

Vt, eas res cura (curabis) in quibus
nulla cura (scilicet est.) Fecundum est
amari (diligere) si curetur, nè quid in sit
amari (amertudinis.) Itim: veniam
(uenturus sum) si impetrauero veniam
(indulgentiam.)

Quando propriis aut quasi propriis
maximè sit nominibus, ut idem verbum
bis positum, prius personam, posterius mo-
res: aut qualitatem significet, Ploce dici-
tur, Copulatio, ἄλλοι, quam vulgus
Rhetoricorum diuersam speciem ab An-
tanaclassi vitiosè constituit. Malè etiam
alij ad Epiceuxin, ad Epanalepsin alij re-
ferunt. Vt Rom. 9. Non omnes, qui sunt

ex Israel, sunt Israel, id est, fideles. In
tumultu civium consul erat consul, id est,
bene consulens, prudens, fortis, ut decet
consulem.

Quando verò in sensu non tantum di-
verso, sed etiam contrario vox reperitur,
dicitur Rufiniano Antistasis. Ut:

Una salus victis, nullam sperare salutē

12. Paronomasia, *prosonomasia*,
agnominatio, Hermog. etiam *παρηχρησις*,
est repetitio syllabæ vel syllabarum
in vocibus diversum & plerumque
contrarium significantibus. Parono-
masia vel allusio literæ aut syllabæ fit 1.
Additione vel adiectione, ut: hic mero,
non Homero dat operam. Et: Emit
morte immortalitatem. 2. Detractione,
ut: non exigo, ut in memoriaris legatio-
ni; immorare. Huc refertur Echo, Ut: die
mibi quæis sordet vox Ciceronis? *ὄνοϊς*
3. Commutatione, ut: Pœnitentia fera
rarò vera; vera tamen numquam fera.
Omnis amans amens. Omnis bonus
onus, Non orator, sed potius arator est.
Delige

C. BARTHOLINI

Dilige quem diligas. Non decet nobilem esse mobilem. 4. translatione, Ut, Vide te utrum homini navo an vano credere malitis 5. Additione & commutatione simul. Ut. Malo habere quam avere.

Detractione sequentes fiunt figuræ.

¶ *Afynderon, quod Ἐ nonnunquam Ἀφύλον, dissolutum vocatur, est conjunctionis intermissio. Ut: Adfui, vidi, notavi, meminini. Itim: Veni, vidi, vici. Nec in singulis tantum verbis, sed etiam sententiis. ut Cic. pro Archia: Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem eblandant, secundas res ornant,*

*Malè Valerio Ἐ alius dicitur articulus, qui Ciceroni idem est ac incisum. Opponitur polysyndeto. Sic Terent. Cæte-
ros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. Hic si addatur conjunctio, perit impetus ille Ἐ ardor orationis. A-
fyndeton Ἐ Polysyndeton malè Talaus
ejusq; sequaces ad Anaphoram referunt.
2. Eclipsis vel Ellipsis, cum vox ali-
qua*

qua sub intelligenda deest. Ut redi ad
me venit, scilicet via. Ego te faustibus,
scilicet excipiam. Ita ferunt, scilicet ho-
mines.

Vide plurima exempla apud Valerium
Si plura desiderantur verba, aut in-
certum est quod taceatur, dicitur Apo-
phtis, Quintiliano reticentia, interrup-
tio, vel præcisio, ut auctor ad Herennium
vocat, Celso conticentia. Ut Quis ego.
Scilicet graviter punirem. Talia imperfe-
ta membra Greci vocant ἀναρτομέτρητα.
Ps. 6. Sed tu Domine usque, quo? scilicet
differs auxilium. Præcipue autem pro-
pter affectum aliquem sermo interrup-
tatur, aut sententiæ aliqua pars præcidi-
tur. Aliqui Eclipsin non vocant, nisi cum
in vitio est; figuram vero Synechdochen
appellant, non tropum, sed vocum con-
iunctarum figuram, cum subiectum ver-
bum aliquod ex cæteris intelligitur. Ellip-
si opponitur Pleonasmus.

3. Zeugma Rhetoricum vel adiu-
ctio est, cum verbum ad diversa ita re-
fertur,

C. BARTHOLINI

Fertur, ut omnibus conveniat, sed non mutatum (in Grammatica autem non nisi mutatum, ut Terent. Locus, tempus, constitutum est. Virg. Hic illius arma, hic currus fuit.) ut Deflorescit, formæ dignitas aut morbo aut vetustate.

Si verbum antecedit, dicitur Prozeugma, ut in dato exemplo. Si interponitur, Mesozeugma, ut formæ dignitas aut morbo deflorescit aut vetustate. Si in fine, Hypozeugma. Alias figuras quæ propriissime ad Grammaticam spectant, hic referre non libet.

CAP. XIII.

DE FIGURIS SENSUS seu sententiæ in genere.

Figuræ sensus, quas sententiarum vocant, non in verbis, sed in ipsis rebus quamdam habent dignitatem. Estq; hæc figura quasi summa sensus unico verbo expressa.

Philippus & alij novem constituunt.
Cicero, 3. de Orator. 49. & de orat. ad
Brut.

RHETORICA. Et

Brut. 45 figuras sententiarum enumerat,
& præter eas.

Fab. cap. 2. lib. 9 tres novas & 40. ad-
junxit, teste Claud. Minoch.

Alii Rhetores cum Cornelio Valerio
& alijs tertium adhuc figurarum ordinem
addunt, præter dictionis & sententia, vi-
delicet amplificationum, quibus oratio
exageratur, easq; Valerius & Dietericus
ex locis Dialecticis ordine depromunt,
Valerius ex iisdem locis, ut probationes
ita amplificationes desumi ait ex loco de-
finitionis, figuras; Auxesin, Tapinosin, Em-
phasin, Synonymiam, expolitionem, Com-
morationem, Definitionem per differen-
tiam. Ex loco divisionis: Distributionem,
Regressionem, Dilemma, Enumerationem
Congeriem, incrementum. Ex loco causarum:
Aetologiam, apophasin, diceologiam,
Metastasin, Colorem, Gradationem. Ex
contrariorum loco: Contentionem seu an-
titesin, Commutationem, inversionem
συνοικεσιαν, Correctionem, diaphoram
Rutilij, rejectionem, præteritionem præ-
occupa-

C. BARTHOLINI

occupationem, concessionem, confessionem
Antipaphoran. Ex similitudine: Comparationem, ratiocinationem, exemplum, similitudinem, apologum, parabolam, imaginem, Dialogismum. Ex loco generis: Sententiam, Epiphonema, noema. Ex signis & circumstantiis: Hypotyposin, affectus exclamationum, hortationum & c. Prosopographiam & reliquas ejus species. Ordinis figuras vocat; Transitionem, parenthesis, digressionem, Utericis ita. Ex causis: Etiologiam & Metastasin. Ex adjunctis circumstantiis; topographiam, Chronographiam, prosopographiam hypotyposin parabolan, ratiocinationem, digressionem, transitionem. Ex contrariis: Contentionem, Commutationem, Inversionem, Communicationem, rejectionem, Paradastolen, antipaphoran ex similibus comparationem & sermocinationem. Ex Divisione: Distributionem, Congeriem & Incrementum. Ex Genere: Assumptionem, sententiam, noema. Ex definitione: Epergesin, expolitionem, definitionem.

Sed que computantur figura amplificationis

eationum, aliqua sunt communes tropo-
 ram affectiones, aliqua figura dictionis
 continuata vel argumentationes & con-
 clusiones Logicae aut Oratoricae conveni-
 entes. Aliqua vero quas nos addemus, li-
 cet ex cocis Dialecticis deprompta vide-
 antur, cum tamen eo modo, sine & c. non
 in Rhetoricis considerentur, atq; in Logicis
 alienas a foro Rhetoris esse nemo existi-
 mabit. Unde Leoninus figuras dictionis ad
 Grammaticam relegat. Rhet. proprias v.
 duplices facit. 1. quae ad ornandum, am-
 plificandum, affectusq; excitandos adhi-
 bentur. 2. ad argumentandum. Et rectè
 Suarez conqueritur adeo dissentire de
 numero & divisione figuram auctores
 Graecos & Latinos, immo ipsum Ciceronem
 à seipso, qui animadvertente Quintilia-
 no, multas figuras in tertio de Orat. lib.
 posuerit, quarum in oratore postea scrip-
 to non meminere. Quasdam etiam po-
 suerit, figuras dictionis, quarum quaedam
 sensus sint, quaedam minimè figurae. Excuse-
 sat autem Ciceronem Suarez. 1. quod mē-

C. BARTHOLINI

quae sint & exilia quae de hac materia
eradi possunt, ideoque parum interfit, hocne
an illo modo sentias, sicut Cicero semper
strictim, cursim & quasi per transennam
illas ostendit, nec definitionibus explica-
tas, nec exemplis illustratas. 2. quod nu-
merus figurarum olim certus non fuerit,
nec unquam esse possit, cuius rei duas red-
dit causas 1. quod etiam secundum Quin-
tilianum nova figurae adhuc statui possint
2. quod figurae utriusque census, non in for-
mas, quarum certus, sed in partes & qua-
si membra, quorum infinitior est nume-
rus, distribuantur.

Sed ex natura figurarum utriusque clas-
sis nos facile eliciemus causam, cur cer-
tus adeo numerus esse non possit. Nam
cum, e. g. in figuris dictionis infinitis pe-
ne modis fieri possint adiectiones seu re-
petitiones, detractiones & similitudi-
nes sonorum, infinitae etiam sine ornatu
servientes summa sensuum & sententia-
rum: numerus utriusque figurarum utriusque
generis incertus est. Unde Cicero in To-
picis

picis ad Trebatium rem infinitam esse fa-
 tetur, & in partitionibus aliter figuras
 distinguit ac numerat, quam in oratore.
 Principales tamen & usitatiorēs re-
 censemus juvenuris causā, quae adultior
 facta proprio Marte ex analogia alias
 quascunq; vel excogitare vel invenire &
 enucleare de facili poterit.

Figuras sensus varij etiam variè divi-
 dunt. Quidam generalis cum Talaeus
 prout vel ipsi aliquid proponimus, ut in
 exclamatione &c. vel quando plures in-
 ter se colloquuntur, ut in interrogatione
 &c. Videatur Talaeus. Alij specialius, ut
 Leoncius, ut oratori potissimum in ser-
 viunt alia ad rem locupletandam vel mi-
 nuendam; alia quibus aliter ac sentimus,
 loquimur; alia quibus distinctè loqui-
 mur; alia quibus gratiam & benevolen-
 tiam conciliamus, alia quibus ira, in-
 dignatio & contemptus movetur, alia
 quibus imitamur, alia quibus rem cum
 re comparamus, alia quibus auditorum

C. BARTHOLINI

animi excitantur, alie quibus consilium
mutatur vel confirmatum exponitur &c.
Sed cum varij & pene infiniti esse possint,
ut sermones, ita & sermonum sensus: non
nisi ex generalioribus querenda sunt fi-
gura & usitatoribus, nec tyronum inge-
nia hisce torquenda, que sapientes va-
riis modis ex rebus exsugunt. Nos com-
modè.

Ad quatuor classes figuras omnes
sensus referre possumus, videlicet ut
sint vel 1. allocutionis seu allocutoria.
2. Responsorie. 3. Explicatorie, 4.
Amplificatorie.

Quamvis inspicari nolumus à ne Cicero
hic illam logicam obtineri non posse ra-
tione divisionis, nec ullus adhuc Rhetor-
um, quos vidimus, obtinuit, cum sepe in
ampliasione explicatio; utraq; etiam nõ-
nunquam in allocutione & responsione.
Distinctionis tamen causa, quã huic usui
magis, quam alij inserviant, non incom-
mode ita figuras, ut putamus, in summa
sapita & que titulos generaliores di-
pescimus.

CAP.

C A P . X I V .

D E F I G U R I S S E N S I

seu sententiæ in specie, & primo
figuris alloqui, cum nos ipsos
vel alios alloqui-
mur.

PRæcipue, ad quas refertur ple-
que possunt aliæ tamquam affini
sunt sequentes.

I. Interrogatio, ἐρωτησικὴ vel ἐρωτη-
μεν, est quando cum affectu aliquid
querimus, ideoque non tam sciscitan-
di causâ, quàm i. instandi. *Ut: Quid
uq; tandem abutere Catilina patientia
nostra?* 2. Admirandi. *Ut:*

— *Quid non mortalia pectora cogit
Auri sacra fames?*

3. Negandi & obtestandi. *Ut in Roscian.*
*Quid inest in hac causa, quod defensio-
ne indigeat?* 4. Contemnendi & irri-
dendi. *Ut: An homo temerarius hac non
videbat?* 5. Indignandi, *Ut: Et quis-
quam numen Junonis adoret?* 6. Mife-
candi

C BARTHOLINI

randi. Ut: Heu que me tellus, inquit,
 que me æquora possunt accipere? 7. Cer-
 tō affirmandi rem manifestam, ut ne-
 gari non possit. Ut: estne jam dies? Est-
 ne totum majus qualibet sua parte? Et
 tum Græcis dicitur πῦσ υγε vel πῦσσις.
 Vel respondendi difficilis fit ratio, &
 tum vulgō dicimus, quomodo? qui fieri
 potest? Dicitur etiam interrogatio ve-
 hementissima Πῖλεχασμὸς & πῖσα-
 με, quæ pluribus interrogationibus acri-
 ter arget. Ut Terent. Quis tu homo es?
 quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?
 & Acrius imperandi &c. Aliquando et-
 iam nos ipsos rogamus. 9. Dubitandi, &
 dicitur Dubitatio.

Dubitatio, ὑποεῖα, Ἀγνοῖα
 Aquila, est figura sensus, cum vel reve-
 rā dubitamus. Ut Terent. Ubinam qua-
 ram? ubi investigem, quem preconter,
 qua insistam via, incertus sum. Vel 2. nos
 dubitare simulamus. Ut Virg. Eloquar.
 an sileam? 3. Vel modestiæ causā nos
 dubitare & nescire significamus ap-
 pella-

pellationem rei, facti, facinoris, verbi
vel phrasid & c. Ut: *haut scio, utrum
crudelitas nominanda sit vel immani-
tas* Sic 6. *Verrina. Venio nunc ad ipsius,
quemadmodum ipse appellat, studium,
ego, quo nomine appellem, nescio.*

Viciosè & otiosè hic *Sturmius lib. 2.
Eloc. cap. 14* peculiarem facit figuram ver-
bi investigationem, seu de verbis dubi-
tationem, & inter verborum figuras re-
fert: Cum tamen dubitatio hic spectetur
in genere, non id de quo dubitatur. Neq;
tantum *Addubitatio* dicitur, cum nobi-
scum dubitando dubitamus, sed etiam cū
alijs, ut rectè *Soarez exemplum ex Cice-
rone* adfert. *Quo me veram nescio, &
quid agam, Judices? quo accusationis
meae rationem conferam? quò me ver-
ram? Hinc vulgo dicta est:*

Communicatio, ἀνακοίνωσις quan-
do in dubiis aut quasi dubiis delibera-
mus cum alijs: ut auditoribus, judici-
bus, adversariis. Ut: *Cedo si vos in eo
loco essetis, quid aliud fecissetis? Aliquan-*

E s.

do

C. BARTHOLOMÆI

do dubitationi additur dubitantis re-
sponſio.

Non ergo pro figura ſimpex illa inter-
rogatio intelligitur, quod contra Kecker-
mannum lib. 2. Rhetor cap 16 notandum,
& contra alios, quã abſq; motu & affectu
querimus ſimpliciter de re ignota, ut quid
eſt Grammatica? quò nunc abis? cuium
pecu? &c. Hic enim ornatus in ſenſu nul-
lus, nec animus ullo afficitur motu.

Interrogationibus utendum raro, in
vehementiore Orationis curſu, in rebus
manifeſtis & neceſſariis, cumq; aliquid
argumentis eſt confirmatum, Et utendum
cum pronunciatione vehementi, alias
vim gratiamq; amittit.

II. Admonitio, cuius ſpecies. 1. Ex-
hortatio & Obſecratio. Ut: Omnis te,
qui ſalva hac eſſe volumus, hortamur &
obſecramus, ut vite & ſaluti tue conſulas
2. Precatio. Ut: peruiles ſunt libri Ci-
ceronis, quos legite quaſo ſtudioſè, ut fa-
citis. Rogo ignoſcatis mihi ſi longius ſum
ueſtus. 3. Commendatio & Elogium.
Ut:

Ut: quis tam rudis in Republ. qui non intelligat tuam salutem contineri suam, & ex unius tui vitam pendere omnium? 4.

Objurgatio. Ut Virg.

Non ego te vidi Damonis, pessimo, caprum

Excipere insidias.

5. Aversio & prohibitio, ne quid præter debitos fines fiat. Virg Neupatriæ validas in viscera vertite vires. 6. Commi-

natio. Cic. in Catiljam dudum in carcerem clusum te oportet esse. Et Matth.

23. Væ vobis Pharisæi & Scribæ. 7. Irrisio, Πικρολογία, Quintiliano Insul-

tatio Ut: Inunc & verbis virtutem illu-

de superbis. 8. Appellatio conscientia,

cum in re cognoscenda & iudicanda, alia

cujus conscientiam contestamur. (quæ

etiam ad permissionem referri potest)

quo pertinent Adjuratio, Citatio ad tri-

bunal Dei &c. 6. Licentia, Παρρησία,

quam nullo jure Scribanius in Adnimad-

vers. Rhetor. ex agro figurarum Rhetor.

eliminatam cupit; cum vel maxime Ora-

tionis decus & gratiam conciliet; est cum

liberi-

liberi.

liberore modo vel commonefaciendi
vel objurgandi &c. eos quibus reveren-
tiam debemus, alloquimur, quasi jure,
eos tamen minimè offendimus, & vel de
rebus præteritis aut præsentibus. Ut:
Cic. pro Sylla. Adeste omnes animis,
qui adestis corporibus; erigite mentes
auresque vestras. Item pro Cal. Dicam
jam confidentius, quoniam audeo que-
dam fretus vestra sapientiâ, liberè con-
fiteri.

At hac non differt à temèrâ seu O-
ratoris fiducia Sturmij 1. de elocut. cap. 25.
Et Keckermanni, 2. Rhetor. syst. cap. 17.
qui tamen Licentiam ad aliam classem
refert capite præcedenti.

Vel de futuris, licet certò non scia-
mus. Ut Cic. pro Milone; Erit. ille dies,
cum tu &c. & Terent in Adelph. videre
videor jam illum diem, cum hinc egens
profugiet aliquo militatum.

Ad parrhisiâ pertinet 1. Cum ora-
tor seipsum laudat. 2. Cum eum laudamus
ad quem libere loquimur; Cum verò sub-

est adulatio, improprie dicta oritur par-
vibilibus, contra quam putat Quintilianus.

Licentia autem, quae molesta, modicè,
tempestive & prudenter usurpatur, ne in
calumniam degeneret, alias non raro exi-
tiabilis, ideo excusatio aliqua vel mitiga-
tio solet adhiberi; Ut: quod pace tua dis-
cam; ignosce liberius dicenti &c.

10. Paradoxon, cum admirantes
præter opinionem quid nobis evenire
significamus. Ut: numquam fore credi-
di, Judices, ut hujus viri sinceritas &
promptitudo in dubium vocaretur. Quo
referri potest ἀδυνατον, quod fieri non
potest, aut quasi tale proponitur. Ut:
Non dici potest, quantopere litera tuae
me delectarunt.

11. Promissio, quæ nostram operam
offerimus & pollicemur. Ut Cic pro Mar-
cello. Omnes tibi non modo excubias &
custodias: sed etiam laterum nostrorum
oppositus, & corporum pollicemur.

Est & promissio dicendorum in Tran-
sitione, plus amplificatoria, ut ut allocu-
torias.

C. BARTHOLINI

toris; inim promissio brevitatis in eadem,
quà raro utendum, nec nisi cum præter
spem nostram nimis crevisse videtur O-
ratio.

12. Commemoratio, per quam di-
cimus nos scire quid cogitent & sen-
tiant ij, ad quos oratio dirigitur. Ut;
Scio quid sentiat, Judices. Vtiosè ab
aliis ad Communicationem refertur, ni-
hil enim minus est, quàm dubitatio.

13. Apostrophe, ἀποστροφή, aversio
avocatio &c. est sermonis conversio
ad aliam personam vel quasi personam,
quam instituta requirebat oratio.

Fitq; 1. ab homine ad Deum. Vt Psal.
109. Hoc opus eorum, qui detrahunt mi-
hi apud Dominum; Tu autem Jehova,
fac mecum propter nomen tuum &c. Poe-
tis usitatissima est ad suos Deastros &
Deastras. Vt Æneid. 1. Musa mihi caus-
sas memora &c. Metamorph. Dij ceptis
adspirate meis. Et talis est Poetarum
ὠδὲ ἄχνη. Virg.

Sicelides Nuse paullo majora canamq;
2. ad

2. ad humanam personam vel aliam.

Cic. pro Amer. Te quoq; M. Fauni quaeso.

Et Psal 2, 9. Et nunc reges intelligite, e-

rudimini &c. Quando ad multas per-

sonas, unam post aliam avertitur ora-

tio, dicitur Sulpitio Victori & aliis Rhe-

toribus peribacis; Vel ad nos ipsos

Vi Didonis illa de sese & Aeneid. Quin-

morere ut merita es, ferroq; averte dolo-

rem. 3. ad res brutas & mutas: ut apud

Virgilium equum Mezentius alloquitur.

4 ad res inanimatas. Vi Turnus hastam

alloquitur. Cic. pro Milone: Albanos

tumulos, Lucos & aras &c.

Vsus Apostrophes precipue est, ut recte

Quintilianus lib. 4. cap. 2. ad invaden-

dos adversarios, ad invocationem ali-

quam, ad invidiosam implorationem &c.

C A P. XV.

D E F I G U R I S R E-

s p o n s o r i i s .

R Esponsoris ornatae variae sunt
species, quibus suae sunt interro-
gatio.

C. BARTHOLINI
gationes vel explicitæ vel implicitæ &
subintellectæ.

1. Responsio communiter Rhetori-
bus dicta cum aliud interroganti,
aliud, quia nobis utilius, responde-
mus. *Ut; Quæro an occideris hominem?*
respondetur *latronem.*

2. Subjectio, (hanc interrogationis
speciem facit Kechermannus, sed eodem
jure nos responsionis, cum utramq; conti-
neat, immo meliori, nam propter respon-
sionem instituitur interrogatio) cum
quis vel sibi ipsi, vel alteri, à quo non
expectat responsum respondet, *Ut si*
rogas à teipso vel alio: Adeonè mori mi-
serum est? & subijcias, Minimè profecto,
cum mors vita initium sit verioris

Cum verò crebrò à nobis ipsis ratio-
nem poscimus dicitur *nonnullis* Dialo-
gismus, Sermocinatio, ratiocinatio.
Ut Cic. de Harusp. respons. Ecquâ mente
quâ invaseras. Quâ? voce? quâ incendi
jusseras. Quâ lege? quam nè illâ quidem
impunitate scripseras.

Quam

Quando junguntur interrogatio ac re-
 sponſio, & ſubditur cauſſa; dicitur qui-
 buſdam Apophaſis & 2. ad Herennium:
 Ratiocinatio. Vt Cic. Si quis ſurem occi-
 derit injuria occiderit: quomobrem? quia
 jus conſtitutum nullum eſt: quid ſi ſe telo
 defenderit? non injuria: quid ita quia
 conſtitutum eſt.

3. Antipophora, dicitur etiam αν-
 τεροπωγωνη, αντικαταλαξις, compensa-
 tio, eſt reſponſio, quaſtionem argumen-
 to firmiore ſolvens vel ratione aliqua
 frangens. Vt ſi queras, feciſti & reſpon-
 deas, feci, ſed utilitatis publica cauſſa.

4. Occupatio, praoccupatio, ante-
 occupatio, antepremunitio, προληψις
 προκαταληψις, Quintiliano praſumptio,
 alijs anticipatio, Scaligero preventio, eſt
 cum tacitae objectioni occurrimus vel
 id quod obijci poſſe a nobis ipsis vel alijs
 praſentibus, diluimus.

Hujus duae partes: obiectio & ſub-
 juncta Solutio. Illa modo abſq; notis pro-
 fertur, modo hiſce: quamvis, eſi licet, ſed
 at & c. Haſ notis, tamen, veruntamen & c.

V. c.

C. BARTHOLINI

*Vt: Quamquam sciat Concionator, quod
veritas odium pariat (hactenus obiectio)
tamen ad scelera & hereses non fit mutus
canis (solutio.) Obiectio aliquando ha-
bet initium tale: Dicat quispiam, qua-
rat aliquis &c. quod dicitur praemuni-
tio vel praeparatio; & solutio etiam
initium aliquando habet parascevasti-
cum; ut: Difficile est hoc de omnibus con-
firmare, sed tamen certum est quid
respondeam. Quando continuatur
occupatio, dicitur ἐνστανσις Instantia,
& eius solutio, Πηλυσις.*

*Usus occupationis est 1. ad eximēdos ex
auditoris animo scrupulos & iudicia ad-
versa. 2. ad ornatas connexiones ac tran-
sitiones, ubi nonnumquam aliud nullum
supperit vinculum.*

*5. Purgatio, quando criminibus ob-
iectis respondendo nos purgamus.*

*6. Concessio, (vel responsio per con-
cessionem) vulgò dicitur esse in verbis,
dictis & argumentis, & dicitur proprie
con-*

concessio, συγχωρησις vel παρεμολο-
για; vel in factis & dicitur permissio.

Cicero autem promiscuè usurpat, &
Quintiliani iudicio Concessio factorum
est; sed sequamur usitatam distinctionem,
juniorum causâ.

Concessiois note sunt: Esto, fac, sit
ita, sit sanè &c. ut Cic. Verr. 7. sit flagi-
tiorum omnium princeps: at est bonus
imperator. Et pro Cluentio: Fuit iudi-
cium corruptum, sed ab Oppianico, non
à Cluentio. Veritas premi potest, opprimè
non potest.

Dicitur aliàs paradiafole vel discri-
minatio, malè autoribus peculiariter di-
stincta à Concessione species.

Vtimur Concessione, cùm largimur
adversario aut auditori minoris momen-
ti aliquid, quod ei, cui conceditur, nocet,
aut ut majus quid obtineamus, & reliqua
magis exaggeremus, aut ut unum conce-
dendo alterum reponamus. Ideò

Concessioni conjungitur ἀντιουχισμὸς
scilicet

C. BARTHOLOMI

seu ἀντιπαράθεσις, recompensatio vel
contraria introductio.

Huic affinis est Consensio, ut Cicer.
in Verrem: Gaudeo etiam si quid ab eo
abstulisti, & abs te nihil rectius factum
esse dico. Et Confessio, nihil nocitura,
ἰσατορία seu παρηγορία, ut Cic.
Habes igitur Tubero, quod est accusanti
maximè optandum, confitentem reum.

Permissio, ἰπυροπία, est cum rei bo-
nitati confidentes, relinquimus vel a-
liquid vel rem totam voluntati aut ju-
dicio alicujus faciendam, explicandam
vel estimandam. Alicujus, vel Judicis: ut
vobis, Judices, quod æquissimum videa-
tur, ut constituatis, permissio. Vel ad-
versarij, Ut: Dic te digniorem, qui Prae-
tor fieres, quam Catonem.

Aliquando permissio est non spontanea,
sed quasi coacta, diciturq; Permissio per
dissimulationem, cum invitos nos ali-
quid permittere ostendimus, conjun-
ctam habens exprobrationem, simulatio-
nem, dissimulationem, adeoque Ironiam.

Ucc.

Vt: Terent: Habeat, valeat, vivat cum illa. Et idem. Profundat, perdat pereat, nihil ad me attinet.

7. Correctio (vel responsio per correctionem tacita sive aperta) moderatio, attemperatio, revocatio, Græc. ἐπινοήσις seu Ἰδιοῦσις, Fabio emendatio, Rutilio μετάνοια, penitentia figurata est cum dictum, sententiam vel orationem quasi revocando, alio verbo, oratione, aut ratione magis idonea, mitigamus, vel melius dici aut fieri potuisse ostendimus.

Nota ejus plerunq; sunt, immo, potius, quin potius. non sed, atque adeo, quamquã patè dixerim. &c. Ut nō sunt illi probi cives sed improbi immo scelerati & impij Terent. filium &c. habeo. Ab quid dixi habere me? immo habui &c. Cic. stuporẽ hominis vel dicam pecudis attendite. Aliquando nihil substituitur. Ut: Cives (cives inquam, si hoc nomine eos appellare fas est) de sua patria cogitant. Quintilianus reprehensionem vocat.

A Cor.

C. BARTHOLINI

A Correctione non differt Erroris in-
ductio, quam ceu peculiarem speciem po-
nit Antiquus. Ue: an his majora poterant
judicari? adhuc tamen majora super-
sunt. (subditur responsio per correctio-
nem.)

Huc verò reducatur. Eiusdem præcisi-
o, quâ ante finem oratio præciditur, cum
progredi postulat. Vt Cicer. pro Ligario.
Nimis urgeo; Commoveri videtur ado-
lescens, & quid plura? ipsum adolescen-
tem dicere audistis. A præcissione rursus
parum aut nihil differt eiusdem revoca-
tio, qua mutamus consilium, nosq; né ul-
tra progrediamur, revocamus. Vt: Quod
si omnia persequi velimus, finem non esse
habitura oratio. Vel: revocatio est cum
orationem revocamus ad propositum, si-
cubi ab eo longius videatur digressa. Vt:
Verum longius jam de urbe Oratio, re-
deamus ad id, unde digressi sumus. Rarius
autem hæc usurpatur figura: & dispa-
sionem ea non parum quoque concernit.
2. Ficta oblivio: ut, pane animo excide-

nat.

erat, quod erat dictu necessarium. 3. At-
temperatio ejusdem, qua dicta verbis,
neor, arbitror &c. modificamus

8. Inversio ἀντιστροφή, (vel respon-
sio per inversionem) est cum inverti-
mus adversarii collectionem. *Ut: Se-
pelijsti ergo occidisti. Immo, si occidisset,
non sepelisset.*

Hinc affinis est Retorsio, alii rejecti-
o, cum id quod nobis obicitur vel in no-
bis reprehenditur, idem in obiciente esse
ostendimus. Quo spectant omnes acute re-
sponsiones, quae par pari referunt. *Ut:
Pompejo ex Cicerone querenti, ubi gener
ejus esset, quem Caesaris partes sequi scie-
bat, Cicero dictum intelligens, & pari na-
tâ retorquens, apud tuum, inquit, so-
cerum.*

Cum criminis participem adversarium
facimus, Leontino dicitur Participatio.

9. Elusio est cum joco aliquo vel ri-
su, vel contemptu causam, personam,
dictum, argumentum &c. excipientes
eludimus.

Affines

C. BARTHOLINI

Affines sunt. 1. Abiectio, quando personam, vel ejus auctoritatem, existimationem, ingenium, doctrinam &c. floccipendentes abjicimus. Ut nescis insane, nescis, quantas vires virtus habeat, nomen tantum virtutis usurpas, quid ipsa valeat, ignoras. 2. Reiectio, ἀποδιωξις, cum aliquid rejicimus, quasi minus necessarium, vel indignum, vel intempestivum, vel à causa alienum, vel propter rationes præcedentes. Ut: Sed non est referre necesse, quæ ad causam hanc minus pertinent. Mittamus isthæc. Quid ista ad rem? &c. Potest reiectio etiam ad correctionem referri. 3. Substantatio, προσωπὴ, qua diu suspenduntur auditorum animi, atque aliquid deinde inexpectatum subiungitur, grave vel leve. Grave: ut Cicer in Verr. Quid deinde! Quid censes furtum fortasse aut prædam aliquam? Demum cum diu suspenderit iudicum animos: subiecit quod vulteo est improbius: Civem Romanum in carcere

*utem adegit. Leve: Ut: Grave crimen
Apostolis obiiciebant Judæi. Quid hoc?
illoris manibus vesebantur.*

Hactenus de responsione.

C A P . X V I .

D E F I G U R I S E X P L I -
catoris.

Nam hactenus allocutoria & responsoria.

Figuræ explicationis sunt quæ rei enucleationi ornata suo inserviunt potissimum, absque amplificatione & exaggeratione, suntq;

I. Explicatio specialiter dicta *au-*toribus, *vel* *Dianismos*, *Epexegisis*, *sententia* *expositio*, quæ rem vel consilium exponit & subiectâ ratione cõfirmat *Ut: hoc prestat amicitia propinquitati: quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest: sublata enim benevolentia, amicitia nomen tollitur; propinquitatis manet.* Dicitur alijs

G

Alle-

C. BARTHOLINI

Asseveratio, dicitur & Axiologia,
cum causam rei recitamus.

Ea q̄, 1. δικαιολογία, cum aliquam
officii rationem exponimus, aut excu-
sationem, quod iure, honeste, &c. facia-
mus. Ut: quamquam est amicus, tamen
amicitia anteferenda est veritas. 2. ὑπο-
θήκη, cum alia adfertur ratio, priori
prævalens, cuius nota est, præsertim &c.
3. ἀναγκάσιον, cum allegatur necessi-
tas. Ut: Deservit amicum, non voluptate,
sed coactus legibus.

Translatio autem est cum causa rei
transfertur in locum digniorem aut
magis profuturum dicenti. Ut Cicero
Marcellum hortatur, Romam redire ve-
lit, si minus sua ipsius, tamen reipubl. &
optimi fratris causa; concedat igitur
Reipubl. utilitati, deprecationi amico-
rum & assiduis unici fratris lacrymis.

Color autem, χρώμα, est cum red-
ditur causa vel per accidens: vel mi-
nus vera, vel callida & probabilis rei su-
specte: aut perperam: acta. Ut Terent.
Post.

Postquam ad iudices ventum est, non potuit cogitata proloqui, ita eum tum timidum obstubescit pudor.

II Definitio, est cum sententiam definitionis explicatione communiter proponimus. Ut: non est hoc boni civis, sed seditiosi, bonus enim civis prodesse omnibus capit quantum potest, nocere nemini.

Item: Non est, iudices, fortitudo, sed temeritas sine honesta ratione adire pericula. Antiquus vocat definitionem per diaphoram.

Agimus hic de definitione, non ut nude rem definit aut explicat; hoc enim hic alienum: sed ut ornat orationem, & auditorem delectat atque afficit. Idem intellige de ceteris.

Huc spectat Hypotyposis, Cicer. Descriptio & demonstratio.

Alias *εὐκρίεια*, Quintiliano Evidentia & Perspicuitas & representatio, quae rem explanat ita luculenter, vel ex circumstantiis, vel eo gestu & loquendi modo,

C. BARTHOLINI

modo, ut oculis cerni quasi depicta potius,
quam audiri videatur. Ut: *Actione in
Verrem septimā: Ipse inflammatus scelere
aut furore in forum venit, ardebant oculi
toto ex ore crudelitas emicabat. Nec iā-
tum qua fiant ac facta, sed & futura, qua
sint vel fuerint, dicendo exprimimus. Ut
Cicer pro Milone tractat, qua facturum
fuerit Clodius, si praturam invasisset. Hæc
autem verecundior; si præponatur: Cre-
dite vos intueri & c.*

Est autem descriptio, alijs Characte-
rismus (Intellige descriptionem, distri-
butionem & c. talem, qua non tantum
explicet, sed etiam ornet) Vel rerum
vel personarum Illam Demonstratio-
nem aliqui vocant, hanc tractatio-
nem & Prosopographiam. rerum vel
Temporis, & dicitur Chronogra-
phia.

Vt Virg Æneid. 4.

Nox erat & placidam carpebant-
fessa soporem.

Corpora per terras & c.

vel

vel Loci & dicitur Topographia *Ve*
cum describitur regio, urbs, fluvius tem-
 plum, arx, portus, villa, collegium, mons,
 fons, hortus &c. Topothesia est ficti lo-
 ci descriptio, ut Regia solis, apud Ovid.
 11. Metamorph. domus fama Metamor-
 phos. 12. Caci spelunca apud Virg. lib. 8.
 Vel rerum gestarū, & dicitur Pragma-
 topœia; ut cum describuntur prælia,
 certamina &c.

Personarum, vel vultus & corporis
 & dicitur Prosopopœia, *ἰμιμῆς*, *Χαερα*
ἠνερασπῶς; vel morum atq; affectuum
 imitiorum, que Græcis ἴμιμῆς, & dicitur
 Ethopœia, ἠθουσία, vel affectuum ve-
 hementiorum. & dicitur Parthopœia,
παρθουσία. Quamvis Prosopopœiam
 alii, omnes, has tractationis species esse
 velint; alii esse velint imitationem re-
 rum inanimatarum, aut animalium
 brutorum; alii latissimè accipiant pro
 his omnibus allatis, atque ita latissimè
 sumta.

Prosopopœia (autori ad Herennium)

C. BARTHOLINI

4. *Sermocinatio* (& *conformatio*) seu personæ fictio, est cum personam aut quasi personam sermone nostro loquentem introducimus, ejusvè verba aut gestus imitamur.

Per personam intellige, vel veram vel fictam, vel mutam vel vocalem, vel brutam vel inanimatam, rationalem, mortuam, itim aliquid personæ. Itim Deum (& Angelos &c. Unde Quintilianus: *Quin deducere Deos, ait, in hoc genere dicendi, & inferos excitare concessum est.* &c. Repræsentantur enim nostro sermone.

I. Integræ personæ.

I. Quasi propria sua locutione dicentes, quibus nostram affingimus locutionem, ac si ipsi coram præsentibus ore talia proferrent; vel ac si nos alterius loqueremur personæ verbis. Vide exemplum Sap. 5 versibus prioribus, ubi damnatorum tremores eleganti prosopopœia describuntur. Huc exempla pertinent, quibus personæ a Poëtis introducuntur loquentes. Atque hac

hæc dicitur. Prosopopœia perfecta, directa & plena. 2. Imperfecta enim, indirecta & obliqua dicitur, quando non affingitur persona quasi per se loquendi oratio; sed quid alii dixerint rogaverint, voluerint &c. exponimus. Ut Cicerone pro lege Manil. Hi vos, quoniam libere loqui non licet tacite rogant, ut se quod, sicuti cæcæ rarum pro provinciarum socios dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendatis.

2. Persona absens tamquam præses & dicitur alijs *Ἀλλοτριότης* seu sermonatio.

Ut si Spiritus Sanctus cum Johanne Baptista captivo loquens introducatur: Mi Johannes, ne te perturbet indigna fortuna: tua afflictio vertetur in sempiternam letitiam.

3. Verba & gestus alterius, quando illa immitamur, dicitur *μίμησις* quæ voce tamquam generali Hermogenes & Prosopopœiam comprehendit, & secundam hanc speciem, quam vocat *εἶδος μιμῆσις*.

G +

Ue

C. BARTHOLINI

Ut Esaias cap. 22. μισητικῶς verba
impiorum exprimit. Comedamus & bibe-
mus, cras enim moriemur. Aliquando nos
ipfos timere gaudere, irasci fingimus. Ut:
respiravi: liberatus sum.

4. Personæ fictæ, ut apud Ovid. fa-
mis; somni, & invidia: apud Virg. fame:
apud Lucianum. lingue: apud Plutar-
chum virtutis & fortune.

5. Mortui loquentes introducuntur,
& dicitur εἰδαλομίαια.

6. Bruta, quibus sermo tribuitur in
Apologia apud Æsopum & alios.

7. Res mutæ, inanimatæ &c. ut Cic.
pro Marcello: Parietes huius curiæ, C.
Caesar, tibi agere gratias gestimnt.

Et 1. in Catil. si cuncta Italia, si omnis
respubl. sic loqueretur, M. Tulli quid agis?
& quæ sequuntur. 2. Reg. 14. 9. Carduus
Libani misit ad Cedrum quæ est in Liba-
no, dicens: Da filiam tuam filio meo uxo-
rem &c.

Huc pertinent Parabole & historia
varia, in quibus personarum varii gestus,
dicitur.

dicta & facta exprimuntur. Nam magnus
 usus est prosopœie in suadendo, objur-
 gando, laudando, querendo, miserando
 &c. quando personas idoneas damus; i-
 deo iudicio opus est in tanto ornameto
 sermonis adhibendo, ut sermo personis sit
 consentaneus. Item, ne falsa & incredibile
 nimis usurpetur, quia pro vanis accipiē-
 tur & non movebunt. Pathopœia ad ampli-
 ationis figuras magis spectat. in Ethopœia
 sermo variabitur pro affectibus, etate,
 fortuna &c. Letantis sermo sit alacris,
 vani tumens, propterantis brevis & con-
 cisa, meretricula mollis & blanda, matro-
 ne seria, matris anxia, pueri temeraria,
 humilis misera, parasiti faceta, rustici in-
 condita, oratoris ornata.

III. Distributio, Ἀρίστος & με-
 τωπὸς, est totius in partes seu membra
 divisio, vel latior diductio. Ciceroni
 alias partium enumeratio. Et i. vel nul-
 la subjicitur ratio, nam sine illa fieri
 potest distributio. Ut liquet exemplis. 4.

G S

ad

C. BARTHOLINI

ad Herennium. 2. vel unicuique parti ratio suo subjungitur, & dicitur ἀνάλογως. Ut: Alexandro Macedoni neque in deliberando consilium, neque in preliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat. Nam in re dubia apparebat sapientissimus, in conflictu cum hostibus fortissimus, in premio dignis tribuendo liberalissimus.

Ad Distributionem referuntur 1. Dialysis Leonini & Valerij. Ut: *Judices partim odio inducti, partim pecuniâ corrupti. Et: Roscio non modo luctum mors patris attulit, sed etiam egestatem* Notæ sunt: Partim, non solum, sed etiam & c. dicitur aliis Ἰπικερισμός. 2. Enumeratio per remotionem, quando omnibus argumentis contrariis enumeratis, ordine postea singula removemus. 3. Disjunctio. cum varia enumerantur, particulâ disjunctivâ interpositâ. Ut: *ad decus & libertatem nati sumus: Aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur.* 4. συνοικειωσις Soarj, Enumeratio rerum
rum

rum admodum oppositarum. Ut: Tam
 deest avaro quod habet, quam quod non
 habet. 5. Metastasis Antiqui, enumera-
 tio futurorum, quæ esse possunt Ut: Cic.
 pro Milone: Mala recenset, quæ evenire
 poterant, nisi Clodius fuisset interfectus.
 6. Digestio ejusdem, enim partes divisas
 diversis singulas tribuimus. Ut Cic. pro
 Roscio: Criminis confitionem accusator
 Ericius suscipit, audacia partes Roscij
 sibi poposcerunt: Chrysogonus is, qui
 plurimum potest, potentiâ pugnat. 7.
 Contentio Ciceroni, Græc. Antithetor,
 ἀντιθετικὴ, contrapositum, cum singula
 singulis enumeratis opponuntur. Ut: Vicis
 pudorem libido, timorem audacia, ratio-
 nem amentia Vel bina binis, Ut: non
 nostri ingenij, vestri auxiliij est. Sic Tob.
 12. Regum arcana celare honestum est:
 Dei vero opera proferre præclarum est.
 Aliquando est Antithesis in longis inte-
 gris sententiis; aliquando paria paribus
 & crebra crebris respondent. Dicitur &
 Aphæresis seu remotio, cum uno contra-

C. BARTHOLINI

riorum remoto, alterum reponitur. Ut:
non medicina est, sed carnisicina. Item
Enantiosis, cum duo contraria duobus
contrariis tribuuntur. Ut. obsequium a-
micos, veritas odium parit. Ne semper
contrapositum subjungitur. 8. Commu-
tatio, ἀντιμεταβολή, Rufiniano μετα-
θεσις, est cum dua sententia inter se di-
screpantes, transeditione ita efferuntur,
ut a priori posterior contraria proficiscia-
tur. Ut. Non ut edam vive, sed ut vi-
vam edo. Sic Rom. 7. Non quod volo,
facio bonum, sed quod non volo, facio
malum.

IV. Ratiocinatio, est cum aliud ex
alio colligendum proponimus, alias
συλλογισμός, item ἐπιφοσις. Ut: Tu
istis faucibus, istis lateribus, ista gladi-
atoria totius corporis firmitate tantum vi-
ni exhauseras, ut tibi necesse esset in po-
puli Romani conspectu vomere.

Hic colligere est quantum vini Anto-
nius vir robustus ingurgitaverit, qui tali
loco se a vomendo continere non potuerit.

Sic

Sic apud Ovid lib. 13. Metamorph. quan-
tus fuerit Polyphemus, ex eo intelligitur,
quod ejus capilli, non pectinibus, sed ra-
stris pederentur.

Quando plures rationes adducun-
tur, & ex iis propositi eoufirmatio, sen-
tentia vel conclusio colligitur, dicitur
Collectio, Valerio autem expeditio &
enumeratio. Ut: si omnibus adductis mo-
dis, quibus honestè acquiri pecunia
potest, ac demonstrato, eorum nullo ac-
quisivisse eum, quem ex tenui divitem
subito factum criniamur; malà arte
eum parasse opes colligamus.

Huc spectant 1. Dilemma, alijs Com-
plexio & Diarefis dilemmatica, cum ex
utraq; parte disputando, rationesq;
explicando, vel redarguendo, consi-
lium vel factum alterius reprehendi-
mus vel nostrum probamus. Ut: Non
admonendum eum cen/eo: Nam si bonus
est, admonitione non eget; si improbus,
admonitione tua quam contemnet, nihil
profeceris. Aliquando omittuntur par-
ticulae

C. BARTHOLINI.

vicula hypothetica, monente Sturmius, lib. de Elocut. cap. 40. Cum ornamentum sit sententiarum, non verborum. 2. Frequentatio seu recapitulatio, quæ in medio sermone argumenta antea adducta & dispersa, unum in locum cogit, & ex omnibus efficit conclusionem. Ut pro Quintio: Ex quo & ex cæteris dictis, factis, cogitatisque S. Nevii quilibet potest intelligere, istum nihil egisse, neq; nunc agere, nisi ut per vim, per injuriam, per iniquitatem judicii totum agrum, qui communis est, suum facere possit.

CAP. XVII.

DE FIGURIS AMPLIFICATORIS.

Sunt quæ ad rei amplificationem spectant, quibus adjunximus, quæ dispositionem & connexionem sermonis quodammodo concernunt.

Amplificatio, ἐξερῶσις, alias exaggeratio, expositio, dilatatio &c. Cicero gravior affirmatio (quid enim opus est

est expolitionem ab amplificatione peculiarum cum Leonino constituere figuram) est cum id, quod summatim sive generaliter & simpliciter dictum est, amplius deinde exaggeramus, augendi vel extenuandi gratia.

Et quamvis amplificatio ex iisdem locis desumi possit, unde explicatio & confirmatio, tamen precipue exaggeramus 1. Vel congerendo plura & commutata verba naturam rei exprimentia. Vel 2. rei causas, effectus, species, partes, circumstantias, antecedentia, comitantia, consequentia, auctoritates, exempla, sententias cum emphasi enumerando atq; inter se comparando. 3. Vel affectum excitatum majori porro affectu penitus imprimendo vel sedatum exstirpando.

Sciendum autem hoc loco amplificationem accipi ut figuram vel ornatum; in Oratoria nonnumquam ut quidpiam inventionem spectans.

Huc itaq; spectant 1. Congeries, οὐρα-
 ἀθροισμός, cum plura verba & sententiae

tiae

C. BARTHOLINI

rix varia significantes, sed tamen ejusdem ferè ponderis ad unum idemque significandum acervantur. Ut Cic. pro Ligario: *Quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cepiebas? quid optabas?* Dicitur quibusdam specialiter expolitio, ἐξερυσια; ἰτιμ ἐξήρως, ἐ-narratio.

2. Incrementum, ἀνάβασις, cùm plura ad unam rem verbo aut sententias, non tamen ejusdem ponderis glomerantes, gradatim ascendendo exaggeramus. Verba: *Vt, percussit, sauciavit, occidit.* Sententias: *Vt Cic. in Verrem: Facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, parricidium necare, quid dicam in crucem tollere?*

In Incremento ergo i. quedam sunt ponderosiora ceteris; & per gradus crescit oratio: in congerie vero velut in acervo. 2. Incrementum & Gradatio non differunt. In gradatione enim, ut sensus figura, non tam verborum continuatio, quam rerum gradatio spectatur.

3. Eleo

3. Elevatio, cum res momentosas studio elevamus, quò majora etiam videantur, & majori attentione expectetur sequutura. *Vt: parum est in hoc viro doctissimo, callere varias linguas, tenere artes liberales parva sunt ea, inquam, si comparentur cum miranda ejus sapientia.*

4. Similitudo, cum rei simile afferatur. *Vt: quemadmodum poma ex arboribus, si cruda, vi avelluntur: sic vitam adolescentibus vis auferit. Prior hujus pars dicitur ἀναγωγὴ, propositio; altera ἀπαγωγὴ, redditiō, seu applicatio. Quando una pars deest, dicitur Imago, εἰκὼν ἰτιμ, cum plerumq; comparandi vocibus effertur: *qualis, similis, alter, tamquam, velut, ut: in scholam tamquam pistrinum detrudi.**

5. Exemplum seu Paradigma, est quod sumitur ex hominum factis, vel rebus gestis, vel tamquam gestis, & tractari potest vel more similitudinis, cum redditione. *Vt: Si Caroni licuit*

ARM. 61

C. BARTHOLINI

arma; pro patria sumere, licebit etiam
Ciceroni: Vel more imaginis, sine reddi-
tione. Ut: Cyri necem avari non effu-
gies.

6. Comparatio vel Syncretis, est
collatio similium inter se vel dissimi-
lium, parium vel imparium, ejusdem
vel diversi generis, vel speciei cum ge-
nere &c. Ut: Christus multa pro nobis
tulit, nos pauca pro nobis ipsis non fere-
mus? Esai. ii. Cognovit bos possessorem
suum, & asinus praesepe Domini sui,
Israel autem nec me cognovit Cic. Pa-
renti non obtemperat, & audiet alie-
num?

7. Γνώμη, sententia, est dictum
aliquod breve & celebre, vel præceptum
mores variosq; vitæ casus concernens.
Ut: Obsequium amicos, veritas odium
parit. Quo pertinent leges, proverbia,
clarorum virorum dicta.

Cavendum autem, nè nimium sint cre-
bra. Sicut Saxo Grammaticus noster ferè
nimis est sententiosus.

Quam-

Quando autem sententia non generaliter, sed cum persona conjuncta effertur, dicitur noëma. Vt: Josephum nihil ornat magis, quam castitas, νόημα est. Sententia autem est: Nulla virtus juvenem magis ornat, quam castitas. Aliquando noëma est allusio ad sententiam subintellectam & implicitam. Vt: Liv. i. dec. 4. Athenienses quidem inquit, litteris verbisque bellum adversus Philippum gerebant. Salsè notans imbellem Græcorum loquacitatem. Sententia est inclusa: Bellum non verbis, sed armis geritur.

De sententia sicut & de reliquis multis figuris notandum, pertinere ad doctrinam Elocutionis, quatenus sermones ornat; quatenus autem aliquid explicat, probat aut amplificat, ad Inventionis doctrinam, qua oratores &c. utuntur.

Sententijs autem senes, quam juvenes decentius utentur, & digniores, quam indigniores. Unde Aristoteles ait non cujusvis esse sententias loqui nec semper apud sapientes loqui decet sententias: & raro nisi in rebus gravibus. Sen-

C. BARTHOLINI

Sententia i. vel est ἔκφρασις vel ὑπόμνημα
(licet saepe promiscue haec duae voculae usur-
pentur. Illa Aphtonio cap. 3. Progymnas.
est commemoratio brevis, alicujus
dictum aut factum apte referens. Ut
Isocrates post Aristotelem dixit: Eruditi-
onis radices amaras, fructus autem dul-
ces esse. Alij definiunt: quod sit sententia
simplex breviter explicans thema aliquod
simplex, & pertinens ad apprehensionem
simplicem, rei declarans naturam, propri-
etates, effectus, causas &c. Haec eidem cap.
4. est Oratio brevi complexu aliquid
denotans, quod ad hortandum dehortan-
dumve pertinent. Aliis: quod sit sententia
iōposita, ad thema conjunctum magis acce-
dens, non quae rem explicans, quam
suadens vel monens aliquid esse faciendum
vel omittendum. Ut illa Catonis: Non
oportet in Republ. molles mores tolerare.
Quando auctoris nomen sententiae adscri-
ptum est, malunt quidem consuetudine
quasdam appellare Chriam vel apophre-
gma, quam sententiam. Vt a magis commu-
niter

niter faciunt, vel dicti seu verbalem, ut
 in datis exemplis; vel facti seu activam,
 quam autor gestu vel actione exprimit.
 Ut Pythagoras interrogatus, quid esset
 vita humana, primo nonnihil conspi-
 ciendum se praeiuit, mox subduxit: ta-
 cite innuens, vitam humanam rem esse
 instabilem, cito quae effugiat: Vel mix-
 tam. Ut cum Diogenes accensa lucerna
 obambulabat in meridie Athenis, dice-
 batque se homines quaerere. 2. Sententia
 est apertior, quae perspicuis verbis &c.
 significatur; vel tectior, uti noema,
 de quo supra. 3. Vel est solitaria, quae
 profertur sine ratione addita, vel ratio-
 ne iuncta seu Enthymematica. Ut Salu-
 stius: In omni certamine, quo opulentior
 est, etiamsi accipit injuriam, tamen
 quia plus potest, facere videtur. Dicitur
 etiam duplex sententia talis: Obsequium
 amicos, veritas odium parit. Licet non
 sit Enthymematica. 4. Sententia ratio-
 ne auctoritatis magnatum dicitur oracu-
 lum, ut sententia Dei, Angeli, Prophetarum,
 Apo-

C BARTHOLINI

Apostoli, herois &c. Ratione a. uti, brevis & rotundi resposi, dicitur Apophthegma, quod orationi insertum, gratiam habet, praesertim si sit magnatum aut summè doctorem virorum. Apophthegma Laconicum, dicitur Symbolum. 5. Est rarior, vel communior. Hac proverbium dicitur vel sententia proverbialis, de qua supra, qua parca & in loco utendum, & si durior, premollienda formulis: ut ajunt, ut adagio dicam &c. 6. Est vel simplex, ut pulcrum est pro parva mori; vel composita; ut gravis est mulcorum dominatus, unus sit rex. Aliquando terminorum unus geminatur, vel subiectum: ut amicis potius quam inimicis danda est opera. Vel predicatum: ut amici juvandi non deserendi sunt. Vel utrumq; Vt: Potius est civis unus servandus, quam mille hostes perdendi. 7. Alia est in davi verisimilis, ubi res plerumq; ita se habet vel habere videtur, non semper. Vt: Talis est quisq; & in meribus, quales ij, quibuscum con-
ver.

versatur. Alij ἀληθῆς, vera universali-
 liter. *Ut Plures in vita sunt incommodi-
 tates, quam commoditates.* Alia
 ὑπερβολικῆ, ubi nimirum dicitur ut ab
 iratis, dolentibus, vel: *Cum semper & in
 omnibus se habere dicitur, quod raro &
 in paucis accidit, Ut. Ingenium omnium
 hominum à labore proclive est ad libi-
 dinem.*

8. Commoratio, Ἰπιμονή, Ἰπιεργμῆ,
 vel continuatio, cum eodem loco im-
 moramur, & ad idem argumentum
 aliis verbis & sententiis redimus.

Vitium autem Periergia dicitur, si in
 re tenui varianda supervacaneam, ni-
 miq; curiosam ponas operam.

7. Digressio, παρεμβασίς, est cum
 ad alienæ rei tractationem extra ordi-
 nem, delectationis causâ excurrim9.

Græcè ἐκβολὴ λόγου, Cicero declina-
 tio à proposito. Estque triplex. 1. Egres-
 sio, ἐκβασίς, major est excursio, ut illa
 de ortu Samiæ apud Virg. & illa Cicero-
 nis

C. BARTHOLINI

nis contra Chryfogonum pro S. Rosc. Amerino. Post tales digressiones, ne reditus ad rem durus orationem deformet, adhibentur formula: Sed ut redeam, unde digressus sum: ut revertar ad propositum: quo dilabor: &c. 2. Brevior ab ipsa causa excusio, 3. Brevissima, (parentheses virgulis inclusa) Quintiliano interpositio vel interclusio, cum continuationi medius aliquis sensus intervenit.

Sed Digressiones omnes, nec nimis crebrae sint, nec nimis longae, ne plura tractentur, quam oportet. Imprimis caveatur a parenthesium longitudine & frequentia, unde insulsa & distorta oratio. Vbi vero aliquando ex necessitate justo longior digressio, adhibeatur repetitio. Ut pro Arabia: Quoties ego hunc vidi, Iudices, (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc genere dicendum diligenter attenditis,) quoties ego hunc vidi &c. Digressioni in quibusdam affinis est.

Transitio, μεταβάσις, estq; cum breviter

RHETORICA.

§

viter monemus quid dictū sit & quid dicendum restet. *Vt: Mea in illum beneficia cognovistis: nunc quam mihi gratiam retuleris, cognoscite.*

Constat ergo duabus partibus 1. breviorum repetitione, quae dicta sunt. 2. promissione eorum, quae dicenda restant. Ut sit, ut tamquam catenā oratio connectatur, & melius memoria inserviat.

10. Pathopœia est vehementiorum affectuum expressio. Differt ab illa, quae supra in Hypotyposi; nam ea imitatio erat, & fixio aliorum affectuum: hic proprii exprimuntur affectus. Insigniores Pathopœia conspicuae sunt in exclamationibus, & ei subjectis. Nam

Exclamatio est figura sensus affectum hunc vel illum connotans, per exclamationis notas expressas vel intellectas.

Sunt illae: O, utinam, pro, ah, bene, eheu, at, at at, va, en, ecce, euge, &c. Graecae ὀφώνησις & ἀναβόησις; ἰτιμὸς χετλιασμός, quod sensum aliquem do-

H

tertio

C. BARTHOLOMÆI

loris, & indignationis per se ferat. Dicitur
vel intellectas, quia non semper ex-
plicitè ponuntur. Ut: Rom. 7. Miser ego
homo, pro o vel ab.

Utitur hac figura. 1. In Acclamando,
& dicitur *ὡς φωνοίς*, Acclama-
rio, Ut: Heus omnium rerum vicissitudo
est. Quando autem felicem aliquem pro-
ficiens, dicitur *μὰ καὶ εὐχὰς* seu *εὐ-
χὴν* *πρὸς*. Ut: Virg. *atēq; quaterq; bea-
ti* & c. 2. In Admirando. Ut: Matth. 15.
O mulier magna est fides tua. 3. In lau-
dando Ut: Matth. 25. Euge serve bone.
4. Commiserando Ut: offic. O domus
antiqua, heu quam dispari domino do-
minaris. 5. Dolendo & Conquerendo
Ut: Me miserum & c. 2. Reg. 14. Heu mi-
hi, vidua sum. 6. Optando, & dicitur
εὐχὰς *voium*. Ut: Ab utinam celos sum-
peres & decenderes. 7. Obtestando. Ut:
Terent. in And. prob. Deum atq; homi-
num fidem! quid est contumelia, si hæc
non est? Item. Testor Deum & homines

testor

estior conscientia mea penetrata. 8. O-
 minando & comminando. Ut Matth.
 13. *Vae* pregnantibus. Potest & absque
 ejusmodi particulis enuntiari. 9. Indi-
 gnando Ut Cic. in Pison. *o* scelus, *o* pe-
 stis. Rhetores vocant *aganactesin*. 10.
 Objurgando. Matth. 17. *O* generatio
 incredula. Rufiniano haec figura est, quo-
 ties adversarium iisdem verbis, quibus
 ab eo laceffiti sumus, impetimus. *Vae*
 in te vero conveniebant omnia, quae in
 me intemperanter eiecisti, tu ista es la-
 bes patria, tu pestis, tu scelus. Rhetor-
 ribus dicitur *Epiplexis* & *Epizimesis*. 11.
 Irridendo. Ut: Gen. 3. *Ecce Adam* sicue-
 rit unus ex nobis factus est. Huc etiam per-
 tinent *lepidi sales* & *joci*. Ut: *O* Stul-
 ros *Camillos*, *Fabritios*, *Scipiones*, *Mar-*
cellos, *Maximos*! *O* amentem *Paulum*!
Rusticum marium! 12. Imprecando
 & execrando. *Vi*; *Di* te perdant *fur-*
gitivae; Cic. pro *Dejot.* *Julianus* & *Ru-*
finianus vocant *negiv*, acerbam execra-
 tionem cum imprecatione conjunctam.

C. BARTHOLINI

13. Desperando. *Vt: O frustraneos meos labores.* 14. Obsecrando. *Vt: Per tua illa sacra pignora oro.* Huc spectat tandem.

Epiphonema, *Ἐπιφώνημα*, nonnullis etiam Acclamatio, estq; amplificatio vel figura amplificationis, non nisi sub finem adhibita, tamquam rei narratae vel probatae summa, sententia, & summa acclamatio, ut plurimum admirationis augendae causa, *Vt Virg.*

Tantae molis erat Romanam condere gentem. *Itim:*

Usque adeo a teneris assuescere multum est. *Vt timur hic particulis: Usque adeo, tantus, sic, ita, hic, hoc &c.*

CAP. XVIII.

DE SUADA INTERNA

secundaria.

Hoc nomine venit Numerus, quem Hex specie, subiecta quadam vocant Oratorium, & nisi ad Grammaticos relega-

R H E T O R I C A .

87

legaremus 1. Euphoniā in concinna vo-
cum conformatione earum dēque junctū-
rā, collocatione seu contextu consistentem
2. Intervalla. 3. Copiam verborum: ad
hanc utique Suadam ista essent referen-
da.

Est autem Numerus Orato-
rius, quantitas & dimensio, certa
syllabarum, quā membra sermonis
aptē cadunt.

Differt à Poetico. 1. Nomine. Nu-
merum Oratorium Græci Rhythmi spatio
temporum constant, pedes etiam ordi-
ne. In Rhythmo enim nihil refert,
Dactylus sitnē an Anapestus, cum eodem
temporis spatio constet uterque: In versu
autem pro Dactylo poni non potest Ana-
peustus 3. Metri semper idem est cunctus
ut in Heronico Dactyli & Spondei: in o-
ratione alius atq; alius numerus adhibē-
endus, ut nullus sit, qui non aliquo loco
adhiberi possit 4. Origine. Nam Rhetor-
icus ex illo originem traxit, postquam
Rhetor animadvertenterunt Poetas multum

H 3

de

C. BARTHOLINI

delectare & movere 5. Causis modisque
varijs, ut iis infra apparabit. 6. Eviden-
tia: Numerus Poeticus est esseq; debet evi-
dens: Oratorius celandus varietate &
ornatibus alijs Rhetoricis additis, ne ap-
pareat industria & delectationis aucupi-
um. Nam alias 1. agnoscitur esse numerus
& cognitum artificium contemnitur. 2.
Satietaem parit 3. In suspicionem aut et-
iam contemptum incurrit orator, ac si re-
diorum pondere syllabarum quantitas
res sectaretur. Caveatur ergo affectatio,
& operosa numerorum accumulatio. Si-
cut Cicero Thrasymucum Chalcedonium,
cui primam numeri inventionem attribuit,
nimis numerosam scripsisse ait; & Geor-
giam (quem hanc artem amplificasse ait)
intemperantius ea abusum pronunciat. 7.
Frequentia. Metrum perpetuam habet
pedum observationem & casuras. Orato-
rius non nisi certis in locis pedes obser-
vat & potissimum circa clausulas, non
nihil in principio, ferè nihil in medio 8.
Facilitate & difficultate. Oratorius dif-
ficilior

facilior est. Nam in versibus, ut ait Cicero
 certa quadam & definita lex est, quam
 sequi sit necesse. Oratio a. que prosa vel
 numerosa dicitur, nec esse debet emme-
 tros seu numeris plane distincta, neq; a-
 metros, vel a numeris aliena, & licet so-
 luta, tamen non dissoluta, sed temperata:
 non claudicans & quasi fluctuans, sed
 equaliter constanterq; ingrediens: non
 tota numerosa, sed que ad numeros
 proxime accedit Unde Aristoteles 3. Rhet-
 or. cap 8 Rhythumum (vel numerum)
 oportet habere orationem, non me-
 trum Alioquin Poema erit. Neq; nu-
 merum habebit exquisite &c. Quam
 Aristotelis sententiam Cic. 3. de oratore,
 Quintil. lib. 4. cap. 4. & praxis Orato-
 rum comprobant Interim citare versum
 mentione auctoris non est vitiosum.

At oratio prosa ita formanda, ne ver-
 sum contineat. Imprimis principium & fi-
 nis. Unde regula vulgaris: Principium
 & finis carminis non debent fieri
 principium & finis prosæ. Imprimis fu-

C. BARTHOLINE

giendus in prosa versus, qui facile sentitur: Et quamvis cuilibet facile excidere potest aliquid, quod metri dimidium vel totum metrum faciat, multos etiam versus imprudenter factos in Catone, Salsustio, Livio, Cicerone collegerit Muretus, Quintilianus in Platone, Taubmannus in Plauto, Falckenburgius in Tacito, Giesenses in Sleidano & in Novo Testamento Græco versus 24. neque in medio tantum sed etiam in principiis & finibus versus occurrant spaci eosdem: vitiosum tamen id cum Cicerone in Oratore censent oratores, responsi Ciceroniani memores in orat. ad Brutum. Versus saepe per imprudentiam dicimus, quod vehementer est vitiosum. Idem Quintilianus: monens insuper non videndum quid fiat: quid per ornatum fieri debeat.

Ridiculi ergo hoc loco Ramus & Talerus, qui huius loci totam poeticam faciunt & hic de diversis agunt carminum generibus. De pedibus enim & numeris hic quedam presupponenda sunt ex Grammaticis & Poeticis. Eg.

Et ut questio an sit dilucidior evadat.
 Quamvis eruditi multi numerum hunc
 oratorum non usquequaque observave-
 rint, tamen præstantissimi Oratores Ari-
 stotelem sequuti, magni eum fecerunt.
 Cicero in orat. ad Brutum legatur, ubi in-
 ter alia affirmat auditores suos sæpe ex-
 clamasse applausum testantes, cum verba
 apte cecidissent. Itaque orationis hoc mo-
 do faciendæ & ornandæ Cicero uti arti-
 fex ipse fuit, sic etiam de re tota præcepit
 diligentissime. Quintil. lib. 9. cap. 4. ait.
 Plurimum refert in compositione,
 quæ quibus anteponas: & licet pro-
 pter compositionis decorem rerum
 etiam ordinem quandoq; turbare &c.
 Fabius addit: Neq; verò Demosthe-
 nes fulmina tantoperè vibraffe dice-
 retur, nisi numero contorta ferrentur.

Efficiens est crebra exercitatio, quæ
 numerosè scribimus & dicimus, licet
 de pedibus & numeris non cogitemus
 (sicuti poetis exercitatus numeri poetici
 sponte occurrunt:) præsertim si clarè

H 5

poetæ

C. BARTHOLINI

Voce scripta recitemus, aut alios nume-
rose perorantes frequenter audiamus.

Inventa autem haec ars fortuito. Nam
cum aures notassent, id quod casus effu-
dit, cecidisse iucundè, haec notatio & a-
nimadversio artem peperit, licet serius,
esse quosdam certos verborum cursus &
conclusiones, sicut & hodie multi natu-
ra numerosè dicunt, etiamsi nihil fa-
ctum sit de industria. Primum verò auto-
rem & inventorem Plinius modò Cad-
mum, modò Phercidem Syrum facit.
Isocrates autem Gorgia auditor pro o-
ptimo primus celebratur in hac arte Ma-
gistro & accuratiores in numero hoc ob-
servando semper Graeci, quam Latini,
isq; majori lingua copiâ & varietate
abundantibus, prius observatus ac usur-
patus.

Finis est Euphonia, suavitas & de-
lectatio, ut & his percellatur auditor.

Aures enim vel potius animus aurium
muncio iudicat, quae longiora vel brevio-
ra, mutila vel perfecta, moderata sem-

per

per excessum, immoderatus excurrentia
 & productiora avertatur. Itaque, vicissitu-
 dines numerorum efficiant, ut n. q. sat-
 entur qui audient, nec orator, quod fa-
 cit, opera dedita facere videantur. Id
 quod in periodis notandum tum longis,
 tum inuis & clausulis.

Forma est, ut variè inter se permi-
 sceantur numeri, & sicut tum poeticis,
 tum sibiipsis perpetuo dissimiles, ne au-
 rium satietate repudientur; obque caus-
 sas, quare vitanda affectatio.

Offendit enim numerus similitudine,
 & affectatione deprehenditur. Et periodi
 earumque partes omnes genere pedum reci-
 piunt, sed rei generisq. dicendi proposito
 congruentes.

Materia vel subiectum, cui inest
 numerus, vel cui competit conside-
 ratur vel in sermone vel re sermone
 subiecta. In sermone vel generaliter
 vel specialiter. Generaliter in quavis
 periodo; specialiter in partibus ora-
 tionis.

H 6

Res

C. BARTHOLINI

Res vel materia subjecta, si gravis, syllabis ut plurimum longis, vel spondais orationem tardam facientibus constabit, Levis, oratione exili, & syllabis plerumque brevibus, Jambis, Choreis, Dijamb, Dichoreis. Mediocris, pedes hos mixtos poscit.

Orationem celerem ac concitatam faciunt Pyrricis, trocheis, jambis & dactylis. Momentosa & memorabilis requirit pedes proportionem habentes sescuplam, ut sunt Jonici, praesertim Ditrocheus omnium apud Ciceronem frequentissimus.

Periodus ejusque partes omnes numeros suos habere debent.

(Falluntur enim qui censent cadere tantum numerose oportere terminariq; sententiam. Cicer in orat. Quintil. lib. 9. cap. 4.) Ut verborum comprehensio a capite ad extremum apice fluat, tamen clausula praecipue, principia mediocriter, media non tantopere, quia pauci prima observant, pauciores media, plerique pa-

Etiam

Principium iisdem ne constet numeris quibus exitus. In principio Aristoteles dactylū maximè probat & Peonē priorē. v v v. His Cicero amphimacrum seu creticum antepōnit, Dochimus. v. v. ubiq; aptus, dummodo non statim continetur. Molossus, Anapestus & Spondeus principis etiam apti.

Clausulam (in qua longius à fine semisyllabis observatio numeri non procedat quantum fieri potest, constare tribus pedibus dissyllabis, vult Quintilianus. Aristoteles autem clausulas esse vult longiores, ut auribus satisfaciant. Et Demosthenes in clausulis plurimum usus est spondeo tamquam firmo & stabili. Cic. in Oratore inter omnes pedes clausularum commendat Dichoream (ut in voce: Comprōbavi) quem ei fuisse etiam gratissimū testis est Fabius & exempla in eius orationibus contestantur. Nam sonus est gratissimus. Clausula ex solis spondæis tardior est & rarior; ex omnibus brevibus sive solis Pyrrhicis adhuc rarior. Ultima verò syllaba longa subinde clau-

Syllaba

C. BARTHOLINI

fulas exornat. Pæan secundū in fine pro-
b. Aristoteles, ut v v v quem Cicero nō
impr. bat, sed Creticum præfert: qui sive
genetur sive spondaum præcedat. in
clausulis multum habet decoris, non bene
claudunt orationem duo Pyrrichij; Jam-
bis cum Pyrrichio; Anapestus cum spon-
deo; dactylus cum spondeo.

In partibus Orationis aliis alij pe-
des observantur.

In narratione plerumq̄ longiores,
quia memorie aliquid mandandum. In
confirmatione, ubi argumenta acuta, ce-
leres: quia urgetur adversarius. In refu-
tatione mixti: prævaleant autem longi.
In peroratione longiores; quia ibi sistitur
& figitur oratio, & animum in audito-
ris velut fortius imprimitur. In exhorta-
tione Anapestus, fluens per duas syllabas
celeris, & in longam desinens, ut stimulus
in animo ejus, quem exhortamur, relin-
quatur.

Perūm hic Coronidis loco meæo. mi-
nūs solliciti sūt Juniores de numero,
quam reliquo ornatu oratorio; sum-
quod

quod aurium iudicio exercitati de facili
 numeris convenientibus adsuefiant; tum
 ne metus impetum dicendi retardet, &
 a potioribus avertat. Nescio enim hinc ni-
 mia sollicitudo num amplectenda; suffi-
 ciet aliqua. Neque tanti est hac facultas
 numerosè dicendi, quanti laboris vide-
 tur. Exercitatio panè sola, ut ex tempore
 etiam aptè numerosèq; dicas, efficiet. Si-
 cut enim Musicus in principio præmedita-
 re artis sue præscripta observat: ubi verò
 usus accessit, sine cura & cogitatione ea-
 dem illa incredibile celeritate efficit. Sic
 & Orator exercitatus quoties mente ac
 voluntate se ad dicendum conferet, verba
 numerosa sine labore consequetur. Inpri-
 mis caveatur, ne propter numerum 1. a-
 perite nimis verba irajiciantur, quò me-
 liùs aut volvatur aut cadat oratio 2. ne
 inania quedam verba quasi complemen-
 tà nculcentur. 3. ne voces inutiles loco
 emphaticarum ponantur. Dura enim,
 modò significantia, inter se commista,
 potiora sunt inutilibus.

C A P.

C. BARTHOLINE

CAP. ULTIMUM

DE VARIIS GENERI-
bus ornatè potenterq;
dicendi.

Ornatus hactenus explicati prorsus
varie adhibentur, ita Rhetores
autorum praxi edocti varia fecerunt di-
cendi genera, vel formas diversas, quas
Græci characteres, Hermogenes & Plato
είδος & ἰδέαν λόγου ἰτίμω ὀνόματι ἰσο-
λόγου, effigurationem sermonis, Cicero in
oratore formam aut genus dicendi vocat.
De quibus formis multi scripsere, in primis
Hermogenes, Demetrius Phalereus, Cice-
ro in oratore copiosè, & Fabius lib. 12. cap.
10. Materia enim diversitas variam requi-
rit formam: Alia enim principum, alia pri-
vato dicendum; Alia ad agricolam, mili-
tarem, Philosophum; & prout auditores ad-
esse animadvertimus. Sic si res sunt tenues
& exiles, etiam genus dicendi erit exile.
Ut de musca, culice, stillicidio, de tribus
capet.

capellis &c. Si res magna, ut de rebus
pertinentibus ad Rempubl. de crimine
lese majestatis &c. gravè: Si res medio-
cra, genus etiam dicendi mediocre
erit.

Sed cum varietas deleat; artificiosè
rebusq; personis, fortuna, loco, tempori
&c. congruenter illa genera misceri so-
lent & debent. Nam ut Cicero ait, elo-
quens est, qui poterit parva summa &
modica temperatè, magna graviter di-
cere. Hinc nulla ferè est oratio Ciceronis,
in qua non interdum omnia hæc genera:
ut in exordio ferè mediocre, in narratio-
ne mediocre aut attenuatum, in confir-
matione & refutatione plerumq; subtile,
sæpe etiã grave, in amplificatione & per-
oratione vehemens. sicuti cum Valerio
rectè docet Sturmius 1. de Elocut. cap. 2.
Demetrius Phalerens quatuor facit Cha-
racteres, Hermogenes septem, ex quibus
omne genus dicendi Demosthenicum con-
stare existimat. Ut sunt. 1. Perspicuitas. 2.
Magnitudo seu amplitudo. 3. Venustas 4.
Velocitas

C. BARTHOLINI.

Velocitas 5. Morata & equitas. 6. Veritas. 7.
Gravitas Sed sunt trium generum affecti-
ones: aut pluribus generibus communes,
aut alicujus generis proprie; sive id perpe-
tuo, sive non: prolixè hoc monente Scali-
gero 3. de re Poet cap. 1.

Sunt ergo commode secundum Cice-
ronem tria dicendi genera: Grande,
Humile & Mediocre.

Grande, alias grave, sublime, am-
plum, vehemens, patheticum, copiosum;
Quintiliano lib. 12. cap. 10. est quasi vis
oratoris & perfectio, vel perfecta que-
dam orationis species unde, reliqua velut
estimanda.

Dionysius Longius Rhetor præclarus,
qui de genere dicendi libellum scripsit,
iudicat stylum hunc grandem, etiam cum
vitiis quibusdam inquinatur, præstantio-
rem esse mediocri nusquam impingente.
Sequitur autem studiosus præcepta Cice-
ronis 1. offic. ubi ait: Quidam in singulis
dicendi generibus, perpauci in omnibus
floruerunt. Ad quas autem res natura
quis.

C. BARTHOLINVS

industria fugiebat aequabilis compositionem, accersitis crebris verborum irajectionibus, durisque consonantium & vocalium concursibus. Hinc inuebitur Cicero in oratore ad Brutum in eos, qui cum multis quaedam & hiantia locuti essent, geminos se Thucydideos profiterentur.

2. Plenissima compositione, membris & periodis oblongis. Hisce tamen brevia quaedam membra, ubi quid dignitatem habet, non indecens est inserere.

Scaliger autem 4. de poet. monet, non tam incisivis & periodis quam circumductione utendum, vel accumulatione orationis, ubi sermo est copiosus, numerosus, plenus, uno verborum ambitu & cursu circumductus. Hic enim princeps est in amplo dicendi genere, quasi in aciem veniens, instructu exercitus & pugnant condensato milite. Quo spectant figura: enumeratio, continuatio, distributio &c.

3. Affectum vehementium motu.

4. Crebrioribus grandioribusque
Alle.

Allegoriis & Metaphoris, paullo longius petitis, concinnioribus tamen. Orationem enim reddunt augustiorem, & admiratione sui excitata, sublimem quendam suavitate animis auditorum affundunt.

§ Figuris: Interrogatione, aversione, occupatione, præteritione (ut cum vulgo loquamur) reticentiâ, vel ellipsis seu phrasibus per affectum præcis, rerum magnarum descriptionibus, comparationibus, similitudinibus, distributionibus, congerie, commemorationibus, exclamationibus, repetitionibus, prosopœis, vehementibus amplificationibus & copiosis exaggerationibus, acutis entymematis & crebris dilemmatis, asseverationibus, non dubitationibus, præsertim cum liberius & asperius facta aut persona perstringatur, transitionibus subito aliquid & novum inexpectatum auditori offerentibus, apostrophe ad adversarios nervosa, ubi orator aliquem alloquetur, patriam loquentem faciet, defunctos excitabit &c.

611a

C. BARTHOLINE

citationibus efficacium versuum ex Poetis insignioribus, sed rarius; rarius etiam proverbij grandioribus & prisca vocabulis, non tamen prorsus exoletis.

6. Numeris vehementioribus quam suavioribus, molossi, dichoræi, dactyli & pæonum: & dactylico imprimis rhythmo, modo vitetur versus heroicus, oratio characterem vehementem accipit. Et si oratio est invectiva & insectatoria, clausula sine jambica, pyrrhica, trochaica; in quibus numeri minuti & celeris ad insectandam apti.

In hoc genere, quod iam magno apparatus, pompæ, gravitate, copiâ, quasi de industria ornatum ostendit, viget pollet maxima fere est Livius, & Cicero in oratione pro Rabirio, pro Milone, in Catilinam. 1. In Antonium. 2. In Verrem, in Ciceronem, in Rullum.

Vitium contrarium dicitur turgidum & inflatum, atque verborum insolentiâ horridum, ex perpetua perphrasi, audacioribus, prodigiosis & periculosis metaphoris.

phoris &c. vocabulis nimis tumidis, que
Aristophanes vocat: $\mu\upsilon\epsilon\lambda\alpha\mu\phi\omicron\omicron\gamma$, id
est, decies mille amphoras equant; Ho-
ratius ampullas. & sesquipedalia verba.

Humile dicendi genus, alias tenue
seu attenuatum, subtile, gracile, pressum,
summissum, a uinum, parum assurgit su-
pra communem loquendi consuetu-
dinem, diligentia coagmentanda verba
multaq; verborum transpositiones præ-
termittuntur; parcius & prope nihil ad-
hibet insignes ornatus, tropicos, vel figur-
natos, aut numeros: acumine tamen &
lepore delectatur, translationibus non-
nullis (non tamen ita crebris, ut in gene-
re amplissimo) sententiis præsertim acutis,
humilibus ac tenuibus.

Hoc in orationibus dicebatur Atticum
Philosophorum disputationibus & ser-
moni familiari usitatum: cuius contra-
rium vitium dicitur ex le, id est, aridum
& ex angue, cum breuitate jejunum, hor-
ridum & obscurum.

Tenui genere utitur Cicero in Dialogis

C. BARTHOLINI

In Philosophicis disputationibus, in ple-
risq; epistolis ad familiares, ad Atticum,
Brutum &c. fratrem; In aliquot oratio-
nibus, ut pro Cecinna, de fundo, pro
Quinctio, de societate, pro Roscio Come-
do.

Mediocre, temperatum atque inter-
venue & grando interjectum, Quintilia-
nus lib. 12. vocat genus floridum, in rebus
magis copiosum quam verbis, dicitur alias
equabile. quod liquido & equabili cursu,
instas rivi lymphidi decurrat. Cicero in
oratore ait: Est character interjectus,
intermedius & temperatus, nec acumine
posterioris, nec flumine utens superioris
&c. Hoc medio se habet modo, abun-
datq; metaphoris & figuris suavis, mi-
nore gravitate & pompa quam in gran-
di, sed suavitate majori in numeris, com-
positione, concinnitate &c.

Vitium huius generis fluctuans & dis-
solutum appellatur.

Utitur hoc genere Cicero in oratione
pro lege Manilia, post reditum ad quiri-
tes &

res & in senatu, pro M. Marcello, pro L. Cor. Balbo In hoc genere scribunt Historici: sed Livius plerumque sublimior est; Caesar humilior, quamvis peculiari quodam stylo non facile imitabili.

Atque cum plures sint res mediocres quam grandes, & plura etiam ingenia forma dicendi mediocri apta; hinc pluribus rebus haec forma applicari potest, quam grandis. Plerumque, autem hodie orationes mixtae sunt ex grandi & medio genere. Humiles namque res raro in orationem solennem veniunt: De gravibus cum dicimus, ad divina politica &c. pertinentibus, plerumque, etiam res mediocres admiscemus.

II. Deinde aliud est genus dicendi familiare & imperfectius, ut in familiaribus colloquiis & epistolis, quod secundo considerat Rhetorica: aliud grave & perfectius, ut in orationibus.

Hoc illius est norma & regula Ideo non opus est novis & prolixis institutionibus

C. BARTHOLINI

nibus de formando sermone familiari & conscribendis epistolis. Perfectam enim Orationem tractare qui novit, facilius imperfectam formaverit.

Quamobrem non affectatè nimum, ut juvenes quidam faciunt, vel loquendum in familiaribus congressibus, vel scribendum in epistolis. Et genus dicendi familiare facile ex perfecto cognoscitur, facti comparatione quasi curvi ad rectum.

Requirit autem sermo familiaris & Characterem dicendi humilem, quales sunt res, quas frequentius in usu vitæ humanæ profert: argumenta enim sunt familiaria, non rara, captu facilia. 2. Verba maximè propria; & si metaphoricæ, non longe petita, aut à rebus subtilibus, itim pura & evidentiâ, in quibus parum etiam ornatus. 3. Non magnas exaggerationes & amplificationes. 4. Nonnumquam, sed carius sententias argutiores, collocutor si est sapientior: ut aliquid ipsius æcumini asstimandum reliquamus. 5. Figuras rariores: Sape a versio-

2285

nes & transitiones aptas, apostrophes, prosopopeian & uebementiora schemata ad grade genus relegat. 6. Numeros parum curat, magna membra & peirodos non armat.

Sermo familiaris vel est solitarius, in quo unus tantum precipue loquitur, vel socius, in quo duo vel plures alternatim loquuntur, & dicitur Dialogus. Isque vel verus vel fictus, quo introducuntur persone quasi colloquentes, qua forma multi etiam didactici pariter & polemi- ci libri scribuntur. Tales Dialogi Plato- nis, Roterodami &c. Et accedunt Comæ- dia. Paulo maiori cura cum sit & scribi- tur dicitur epistola que est sermo fami- liaris ad absentem vel quasi absentem.

III. Præterea genus dicendi vel est fufum, laxum & Asiaticum (acceperis hic Asiatis non in mala parte pro orationis vitio) vel con- cifum & Laconicum, vel medium.

Laxum, quod sequitur plerumq; Ci- cero, est quo res periodis longis & cir-

L a .

c u m .

C. BARTHOLINI

cum ductis tractantur, tota orationis
structura fusiore, amplificationibus &
probatioribus copiosioribus, vel multa
de multis dicimus, & pauca prolixè. U-
surpandum in argumentis minus subli-
mibus & minoris momenti; itim in ar-
gumentis dogmaticis auditoribus aut
rudibus explicandis, tamquam ignotis
rebus, in quibus perperam utitur quis
Lacōnismo: itim in orationibus suasoriis
petitoriis &c. ab hominibus minus
occupatis: juvenibus, qui ut abundant
humoribus & spiritibus, ita & cogitatio-
ne & sermone; ab ijs qui humilioris &
abjectioris sunt sortis;

Ad minus occupatos.

Lacōnicum econtra usurpandum
ab ætate maturiori, ubi corpus siccius,
ideoq; cogitatio strictior, & oratio con-
cisior. Quod de re videatur Lipsius, sum-
mus in hoc genere artifex atq; magister.
Itim à rege vel magistratu aliquid ju-
bente, & ab eo, qui ad severitatem ali-
quam comparatus est, & conceptus ha-
bet

bet strictos, quales fuere Lacædemonij, unde ortum habet Laconismus. Magnanimitas enim quedam in Laconismo est.

In argumentis politicis: Ut d. ndis responsis ad legationes, in orationibus militaribus, dandis vocis senatoriis, in oratorijs mandatorijs & objurgatorijs; rariùs in gratulationibus, laudationibus & exceptorijs orationibus solemnioribus.

In magnis occupationibus, presentate necessitate & casu inopinato; ut si bellum ineundum, hoste moram non concedente, substricta penetranteq; oratione feriendi sunt militum animi.

Constat ut argumentis, probationibus & amplificationibus paucioribus & selectioribus conglomerationis, ita verbis selectis, efficacibus, sublimibus, tropicis; ellipticis frequentissimis, quibus vox aliqua non semel tantum, sed sæpiùs nonnunquam subintelligenda, etiam in diversis sententijs; improvisis connexionibus, paronomasijs, non tamen nimis frequentibus. Lapsus in his parvus & iudiciosus.

C. BARTHOLINI

*Absunt hic plena periodi, manifesta
occupaciones prosopopœia &c. & diffusa
omnia.*

*Numeros Laconismus non ita curat.
Medium genus inter Laconicum &
Asiaticum, ad docendum & explican-
dum accommodatum est admodum,
& viris eruditis ut Salustio, Roteroda-
mo, Vivi, tum plerisque nostri seculi fre-
quentissimum.*

*Ut liquet in Scaligero, Casaubono,
Gruetero, Heinsio, Taubmanno, Donsâ,
Basilio &c.*

*Nec est hoc idem, quod medium inter
complum & humile; illud enim medium
grandium & tenuium; hoc laxorum &
strictorum.*

*Interim de stilo & dicendi stilo obser-
vandum, cum quidam esse dicant vel Tul-
lianum, vel Plautinum, vel Philippicum,
vel Lipsianum, & nescio qualem non
hic, vel ille dicendi habitus laudetur ab
his, culperetur ab illis: taxetur Lipsianus,
aut affectatè brevis, coactus, obscurus huius-
modi.*

ces; Philippicus ut puerulis & inveni-
 flus; Plautius ut obsoletus; suo etiam
 evo Cicero ut tumidior, Asianus & re-
 dundans, in repetitionibus nimius, in
 compositione fractus, exultans ac viro
 penè mollior; Livio objecta fuerit Pata-
 vinitas, id est, sermonis quadam tum in
 verbis tum in stilo toto peregrinitas non
 posse non cuilibet utut optimo Latino
 suam esse orationis faciem, penè ut in-
 pingendo manum. Alio enim orationis
 habitu usus est Sallustius, alio Livius, alio
 Tacitus, alio Suetonius, alio Curtius.
 Et illo ipso Ciceronis seculo notabantur
 Calvus ut stridior, Asinius numerosior,
 Caesar splendidior, Calpurnius amarior, Brutus
 gravior; ut totæ gentes etiam generibus
 dicendi distinguerentur. Hinc Attici di-
 cti pressi, limati, integri & emuncti; A-
 siani contra inflati, tumidi, inanes &
 abundantes. Ipsum Ciceronis filium ser-
 mone à paternâ proprietate, elegantiâ &
 copia longè discedere iudicat Manutius.
 Quid? in Cicrone ipso quanta diversi-

C. BARTHOLINI

Has à seipso? An eadem dicendi facie peroravit. 26. ann. rum juvenis pro Quinto aut Amerino, quâ postea sexagenarius in Antonium? Quantum quæso stilo differunt, Oratio pro Milone, Tusculanae Quaestiones, & Epistola aliqua ad Terentiam Epistolis ad Atticum an multum dissimiles Lipsiana? Et rectè judicat Tubmannus, tum dicti modo, tum eodem planè stilo rexi non debere orationes, & epistolas, & libros commentarios, nec à veteribus illis texta fuisse. Ex quibus omnibus rationem reddit idem cur Lipsius in contextu orationis periodos, membra, numeros non eo plane habitu & stilo quo ceteri, conformet; quamvis stylum Lipsij existimet aliquid habere vividum, alacrum, eruditum, & quod saepius repetitum placeat. Sed in juventutis gratiam hic adjicio admonitionem Lipsij de proprio stilo ad juventutem. Quæ dixi, inquit, de Brevitate, viris mihi dicta sunt, non juventuti? Ad eò enim hanc ad eam non voco, ut etiam absterream: live quia.

quia tutò adsumere vix potest, & Bre-
 vitatis imitatio facilimè ætatem hanc
 decipit: sive quia nec utiliter potest,
 & juvenili illo brevitatis studio (sæpè
 vidimus) aridus plerumque & exsuc-
 cus stilus evadit, nec facilè ad lauda-
 tam illam temperiem venit, nisi
 initio ubertas quædam & luxuries sit,
 quam ætas paulatim depascit. *Hæc*
Lipsius.

P A R S S P E C I A L I S.

Pars Rhetoricæ Specialis de Suada
 externa agit, quæ non nisi inter pro-
 nunciandum adhibetur. *Unde nonni-*
li hanc partem Pronunciationem voca-
runt.

*Quia verò non in genere descriptioni
 juxta pronuntiationi competit; sed in
 specie huic, cujus propria est: hinc spe-*
cialis pars audit vel propria.

C A P. I.

D E S U A D A E X T E R -

na in genere.

I s)

O r s.

C. BARTHOLINI

Ornatus ille externus consistit
in moderatione vocis, quæ au-
res movet; & corporis ejusq; parti-
um gestu, qui oculos. Hos n. per sensus
affectus potissimum ad animum penetrat.
Utrumque alij actionis, alij pronuncia-
tionis nomine vocitant: illud illi a gestu,
hoc hi a voce. Actionem Cicero de oratore
perfect. in vocem & motum dividit.
Quintil. l. b. ii. cap 3 in vocem & gestum
Cicero alibi etiam Pronunciationem vo-
cat, definiq; ex rerum & verborum di-
gnitate vocis & corporis moderationem,
i de invent. Auctori ad Herennium i. Pro-
nunciatio est vocis & vultus & gestus
moderatio cum venustate. Fabius etiam
Pronunciationem nominat, quem sequi-
tur Taleus & plerq; Ramai. Sed angustio-
r est terminus voci tantum competens,
gestum excludens. Utrumque autem in-
cludit Suada externa vel ornatus exter-
nus ita a nobis dictus. i quia lumen tro-
porum & figurarum est sermoni inter-
misso, necessarium, primum, absque
quo

quo Oratio percellens ac ornata non est,
sive scripta, sive recitata: Vocis & gestus
moderatio orationi scripta plane non com-
petit, recitatae autem respectu interne
Suade est minus necessaria &c. 2. Suada
interna ex mente & habitu Rhetoris pro-
ficiscitur. Externus ornatus corporeis or-
ganis perficitur.

Ulus ornatus externi est summus
& praestantissimus, tum in communi di-
cendi genere, tum in munere oratorio Nam
ad Suadam sive orationem persuasivam
non sufficit vera loqui aut veri similia,
sed longe plura requiruntur: praesertim
cum multi sensu ducantur, & objectis
sensuum movéantur; quam in rem A-
ctio faciet.

Hinc rem actu non tangunt, qui hanc
doctrinam ex Rhetoricis suis penitus eli-
minant. Hac enim, teste Cicero lib. 3. de
Oratore, in dicendo una dominatur, &
sine hac esse orator summus in numero
nullo poterit; Mediocris hac instructus
summos saepe superavit. Unde ab eodem

C. BARTHOLINI,

ibidem, & in orat. ad Brut. dictus est eloquentia constans ex voce atque motu. itim sermo corporis. Exemplo sit Hortensius, cuius oratio in dicendo vehemens fuit atque accurata: scripta non itim. Et Balbe qui teste Cicerone in Brut. longè melius dixit, quam scripsit. Cneus itim Lentulus, nulla alia de causa inter magnos Oratores reputatus est, quam ob actionem. Inest namque in voce, vultu & gestu quedam vis a natura data. Cicero 3. de orat. Ideo Theodori Tragici histri-
onis actionem cu vis oratori optat. Aristoteles. Sicut enim in fabulis saepe fit, ut plus laudis cedat histri-
onibus qui agunt fabulas, quam Poetis qui conscripserunt, quod fabule optime si male agantur saepe pessime videantur, & è cont. non ex se sed vitio iudicantium ita actio elegans Orationem incomtiorem bonam reddit, & contr.

Sed & altero extremo peccant qui cum Demosthene actioni primas, secundas & tertias dant partes. Et sane veteres

res nimis in actione scrupulosi pro qua
 formanda. phonusus, id est, exercenda:
 vocis magistris, scenicis, histrionibus la-
 nistis, palestricis usi sunt, ob mores eius
 seculi praesertim Graecorum ad vanita-
 tem procliviores, quod liquet Demosthe-
 nis exemplo, qui ob actionis incontin-
 entiam cum explosus esset ab auditoribus,
 Et ei praelatus Demades piscator histrio-
 nibus operam dando Et gestus ad specu-
 lum conformando, vitium illud vulgo-
 rum existimatum dedidit. Sic Et Cicero,
 Plutarcho teste, Aesopum Tragedum Et
 Roscium Comedum suae actionis censors
 esse voluit. Ista autem ars veterum non
 est studiosè revocanda; nam aliud iam
 saeculum, rebus Et veritate ipsa quod mo-
 vetur magis, quam fucis istiusmodi, eum
 irrideret penitus, qui veterum more ope-
 rosam illam actionem adhiberet.

Observetur autem 2. ut actio seu vo-
 cis & corporis moderatio, ad verbo-
 rum, rerum, locorum, personarum,
 & causarum conditionem accom-
 mode-

C. BARTHOLINI

modetur. Licet enim generalia multa
praecepta sint ubiq; observanda, tamen
aliter accommodanda actio in multis,
quando dicendum tibi in foro tamquam
causidico, aliter quando concionatori in
suggestu, aliter quando declamatori in
sibolis, aliter quando legato coram ijs
ad quos missus: ubi ut plurimum gestus
pauci, vocis varietas rara. Licet rursus
animadvertendum, quid apud quamque
nationem deceat, ad quod Legatus vo-
cem gestusque accommodabit. Unde me-
rito quid maxime in agendo deceat in
foro, judicijs, legationibus, Academia,
Ecclesia &c. eorum imitatione discendum,
qui a recte judicantibus approbantur,
& in ijs diu multumq; sunt exercitati.
2. Ut actio naturam quam maxime se-
quatur, & evitetur omnis affectatio.
Si itaque scrupulosius alterius vocem,
gestus, consuetudinem &c. quae tuo cum
ingento & natura parum congruunt, i-
mitari coneris, vitium est non in mini-
mis, cum omne affectatum sit odiosum.
& cor.

Et contra grata, qua quasi ex ipsius nature canali fluere videntur. Interim moderata Et non coacta imitatio summo pere probatur. 3. Ut in voce iuxta & gestibus singularis quadam animi moderatio Et modestia appareat: nihil leve Et vanum, n. b. l. ferrox Et immodestum quasi Schyticum, unde Et Schyticum dicendi genus antiquitus dicebatur.

Prius autem de voce, deinde de gestu, quippe qui voci accommodatur, dicendum: Et recte Treutlerus cap. ult. meth. eloq. Vocis omnium maxime habenda est cura: quia si ea bona sit, gestus etiam omisi parum detrahent, ut apparet in ijs concionatoribus, qui magna vocis suavitate ita dicunt, ut penè in toto concione corpus non moveant. Et paullo post. quia oratio magis ad auditum, quam ad visum refertur.

C A P. II.

DE V O C I S M O D E R A -
 tione seu aprâ pronun-
 ciatione.

Pro.

C. BARTHOLINE

Pronuntiatione vel vocis apta
moderatio. Præsupponit.

1. Naturalam vocis bonita-
tem.

Quod si quis vitio ex natura vel as-
suefactione laboret emendabili, aut sal-
tem excusabili, corrigat medicamentis, &
inprimis exercitatione sedulâ; Demon-
strenem i χ vo Φ avia, vocem tenuem
studio & usu emendasse historia referunt.
Unde Cuero ait rectè, vocem potissimum
perdere a natura, que primum nobis op-
tanda, deinde tuenda fuerit. 2. Gramma-
ticam & congruam pronuntiationem. 3.
Precedentem debitam præmeditatione;
nam ex tempore dicenti advocatur cura
vocis, & nascitur ex rebus ipsis af-
fectus.

Consideratur autem vocis modera-
tio hic ratione vel qualitatis vel quan-
tatis, vel affectuum, vel partium
orationis aut sermonis cuiuscunque.

1. Ratione qualitatis vox sit clara
seu expressa, suavis, distincta, expedita,

non

non balbutiens, nec canora, non agrestis
non effæminata, absona, literæ neq; ex-
presse, neq; oppresse, ut ait Cicero.

Clara: ut ab omnibus audiri possit.

Suavis: nè vel raucedine corrupta,
vel per nares vox fundatur & c.

Distincta: ut singule partes, sententiæ
& clausula dignosci possint.

Omnes syllabæ etiam distincte audi-
antur, imprimis ultime: quamvis neq; in
principiis, neq; sine absorberi debent. Et
verba, in quibus significatio aliqua em-
phatica, voce pleniore & erectiore profe-
rantur, uti & verba quæ magnitudinem
denotant, ut: tantus, quantus, magnus, in-
gens, immanis, immensus & c.

Expedita: ut absq; hesitatione, absq;
interiecta tussi, exspuitione, exscreatione
& c. proferatur:

Non canora: ne legentes canere vi-
deantur.

Canor autem obsurus à summis orato-
ribus observatus fuit & commendatus,
atq; in animis auditorum voluptatem
excit.

C. BARTHOLINI.

excitat. Sed cautissime usurpetur, ne aper-
tus fiat, & vel inepta cantillatio, vel
fractæ vocis tremor. Unde Scalig. lib. 2. de
caus. L. L. cap. 58. Quod ad nostra quidē
tempora attinet, nihil turpius puta-
mus, quam cantiunculis & vocularum
tremulis assultibus gesticulari &c.

2. Quantitatem considero 1. Inten-
sivè, in intentione & remissione. 2. Ex-
tensivè, in tarditate & præcipitantia.

Ratione intentionis & remissionis,
non uno & eodem tenore decurrat.
sed 1. Vocis sonus ut plurimum medium
teneat; unde gradatim nunc ad usbe-
mentiam ascendere possit intensior acrior-
que, nunc ad lenitatem descendere re-
missior; rursumq; ad medium se revoca-
re: prout res postulaverit.

Nam iusta varietate moderata vox esse
debet, non semper gravissima & langui-
da. Submisso enim murmure debilitatur
omnis intentio, effectuumque commotio
enervatur, Nec semper acutissima & cum
contentione. Omnia enim clamose dice-
re &

re & voce stentoria, insanum. Atq; in genere vitium odiosum est propterea, quando vox semper & ubiq; eadem. Itaq; licet non magna, aliqua tamen vocis visusitudo & declinatio laudatur, prout vel verborum dignitas, vel sententiarum natura, aut inchoatio, transitus &c. postulabunt. Nec in diversis tantum rebus; sed etiam in iisdem partibus iisdemque affectibus, quaedam non ita magna vocis mutationes adhibebuntur. Nam varietas gratiam prebet, renovat aures & dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

Ratione tarditatis & celeritatis sermo etiam mediocritatem servet, ne nimis tarda sit radius pariens, aut nimis preceps, qui nec ab auditoribus satis percipi, nec eos recte movere possit.

Sicut quidam notante Quintiliano, dicunt crebro anhelitu, & inrorsum etiam clare sonante, sicut jumenta, onere & jugo laborantia; quod quidam affectant, ac si meditationum copia abundent, majorq; vis eloquentie subsit, quam emitti faucibus possit. Ra-

C. BARTHOLINJ

Ratione affectuum vel maxime vox
figuranda.

Unde Cicero in orat. perfecto ait: Vo-
cis mutationes totidem sunt, quot ani-
morum, qui maxime voce moventur.
Ideo sicut te affectum videri, & animum
audientis movere voles; ita certum cie-
bis sonum. Cicero generalem hanc dat
regulam, ut:

Contenta voce dicatur atrociter,
submissa leniter, inclinata graviter
& cum dignitate, inflexa miserabi-
liter.

Specialius & enucleatius ita evolve-
mus: Postulat vocis genus.

Iracundia incitatum, precipitatum,
acutum, crebro insidens; sicut & iratus
precipitat spiritus, & cum impetu quo-
dam ejaculatur.

Voluptas, effusum, lene, tenerum,
bilaratum, ne tamen in cachinnum aut
risum intemperantiorem solvaris.

Dolor & molestia sine commiseratio-

ne.

ae, grave quiddam, immo pressu ac sono obductum.

Miseratio, flexibile, plenum, interruptum, flebile.

Metus & verecundia, contractum, demissum, basitans & abjectum.

Confessio, satisfactio, blandimenta &c. leve & submissum.

Vis, contentum, vehemens, quâdam incitatione gravitatis imminens.

Suasio, monitio, promissio, grave & forte.

Consolatio, triste ac submissum.

Laudatio, gratiarum actio &c. laeum, magnificentum, & sublime.

4. Ratione partium Orationis.

1. In principijs & exordiis sermonum vox plerumque sit venusta, verecunda, lenis, temperata: Postea vox gradatim ascendat, & in progressu contentior. Nam clamare ab initio, agreste & rusticum est, & quamdam præ se fert ferociam atque audaciam.

Ubi vero exordia manifestam habent indigna-

C. BARTHOLINI

indignationem, ut in accusationibus, aut aliquam alioquin vehementiam; vehementia exordia etiam orationibus decus addunt. Uti in orat. primâ Catilinaria: Quomô, tandem, Catilina, abutere patientia nostra? &c.

2. In narrationibus, itimque familiaribus colloquiis, vox sit aperta & simplex, nisi affectus aliud postulet.

3. In explicationibus recta & media inter acutam & gravem.

4. In probationibus varia & multiplex, & argumentatio plerumque agiliorem & acriorem vocem postulat.

5. In amplificationibus contenta, fortis & aures feriens.

6. In confutationibus severior: nisi argumenta adversarij tam sine levia, ut ironica vox requiratur.

7. In perorationibus non quidem clamosa, attamen excitata, & juxta rerum qualitatem flebilis, atrox &c.

CAP.

CAP. III.

DE GESTU.

Hujus actionis olim major erat usus, quam nostro seculo, quo verissimum illud In gestibus melius fieri si peccetur in defectu quam excessu. In excessu enim histrionis quid præ se fert, in defectu speciem modestia. Olim enim adeo impense operam huic actioni dederunt, ut genus quoddam scenicum, mimicum dictum, constituerit, quod paucis aut nobilibus sermonibus adhibitis, gestu, habitu, & motu corporis tantum se expressurum profitebatur, quantum disertissimus Orator dicendo posset eloqui. Hinc Rex Pontiperisse sibi à Nerone Mimium dari dicitur, quo apud exteros uteretur interpretare. Notum etiam est hominis diversarum linguarum gestibus animi conceptus in euo exprimere. Immo bruta ejuscemodis signis affectus suos enunciant.

Medium autem hic tenendum, ut gestus accommodetur ad res pariter ac verba.

bas,

C. BARTHOLINI

ba, & non demonstratione scenica, sed
aliquali significatione declaret id, de quo
sermo est. Nam & veteres quosdam vi-
demus approbasse hanc mediocritatem.
Quintilianus ait: Absesse plurimum à
saltatore debet Orator, qui dum orato-
rem agit, non debet agere Comœdum.
Æsclines in oratione contra Ctesiphon-
tem laudat Solonem, quod inter dicen-
dum ne quidem manus extra pallium
proiecit. Cicero refert Hortensium in
motu gestu plus artis habuisse, quam ora-
tori satis esset. Et Titus quidam tam
mollis & solutus in gestibus fuisse dicitur,
ut saltatio quaedam nasceretur, cui no-
men Titius.

Gestus vel est totius corporis vel
ejus partium. Totius vel stantis vel se-
dentis. Stantis corporis status sit se-
cundum naturam erectus & excel-
sus.

Non tamen Thrasonicus Si qua vehe-
mentia vel animi commotio quandoque
significanda, levis saltus consistentiæ (vel
sessionis

sessionis, quando sedetur) mutatione ita faciendum est, ut appereat animum vi rei commotum, ratione & natura probitate se continere ac decorum servare.

Sedentis etiam (in senatu &c.) sessio decora sit, superior pars corporis erecta, inferiores partes immotæ. Sed quia inter dicendum potissimum & plerumque statur, inferiorum partium gestus de stante intelliguntur præcipue.

Caput demitti potest in humilitate & modestia significanda, elevari erectius in comminationibus & invocationibus, resupinari subito in Ironi- cis & irrisionibus, Nam continue resupinatum caput, arrogantia signum; in latus inclinatum, langvoris. Solo autem capite gestus si sit, frequens non sit.

VULTVS sit æquabilis non effæminatus, non nimis mobilis & vacillans.

Ita tamen ut in omnem se vertere sciat & subservire dictioni: nunc blandiore aspectu lenitatem præ se ferre, conciliare, docere, suadere, deprecari: nunc intentio-

K

ori,

C. BARTHOLOINI

ori, acriori tristiori affectu exprimere, admonere, obiurgare conterrere, erigere: rursusq; ad mediocritatem redeundo, probitatem, modestiam animique prudentiam declarare. Hinc illud Horatii:

Uc ridentibus arrident, ita flectibus adsunt.

Humani vultus: si vis me flere, dolendum est.

Primum ipsi tibi &c.

FRONS aperta sit & sincera: in tristioribus, minis & indignationibus gravioribus leviter corruganda.

Conferme est nostro saeculo, quod docent Quintilianus & Fabius contra Ciceronem, indecoram esse, in dolore frontis percussione.

Oculi rectè conformentur, quia mutantur ad animi motus. Oculi torvi minarum & iræ indicium. Summa: eorum remissione, conjectu, hilaritate. motus animorum significamus.

NARES nec corrugandæ, nec insandæ, nec movendæ, nec digito in-

quie-

quietanda, nec crebrius citra necessitate
emungenda. Nasus corrugatus irri-
sionis, aduncus seu suspensus aliquantu-
lum contemptus indicatio est.

O R I S species non nimis mutanda.

L A B I A nec malè porrigenda, nec
scindenda; nec adstringenda, nec di-
ducenda, nec inlatus trahenda &c.

M E N T I V M. pectori non affigen-
dum.

H U M E R I equis quasi lancibus li-
brentur statim ac quieti: indecorum. Et
sterato allevantur vel contrahantur. Et
enim in habitum adulationis, admiratio-
nis & metus se transformant, & ge-
stum humilem, servilem & quasi frau-
dulentum præbent.

P E C T U S & V E N T E R non proje-
ciantur: pectus nec in pulpitum nimis
inclinandum. Multo minus super ali-
quem inter perorandum, incumbendum.
Pectus percutere non cuius decorum
nec adhibendum nisi in rarissimis affe-
ctibus, ut interdum in pœnitentibus &c.

C. BARTHOLINI

LATERVM flexione virili & trun-
co magis toto se orator moderatur ad-
auditores ab utraque parte consistentes,
si auditorium magnum & frequens.

BRACHIORUM projectio sit mo-
derata nulla furiosa jaectatio: cum spe-
ciosius quid dicendum est uberiùs, exspa-
ciabitur quasi ad latus brachium dextrum.
Sursùm autem profectum quasi velum
quoddam orationis est & brachij pro-
sensio in contentionibus usurpatur Sini-
stro raro agendum nec supra modum
normalis anguli.

MANUS exactissimè moderari con-
venit.

Adeo ut totum gestum Quintil. lib. 1.
cap. 18 ex Platone Χειρονομία vocave-
rit, id est; manuum legem seu moderatio-
nem. Eo quod cum ceterae partes loquen-
tem adjuvent, manus propè ipse loquan-
tur, testibus Cicer. & Quintil. Nec hos
destituit experientia. Nam manibus &
digitis vocamus, invitamus ad silentium,
interrogamus, supplicamus, poscimus, polo-
lice.

licemur, dimittimus, timemus, regamus,
abominamur, exprobramus, &c. quid?
quod quidam manibus loquuti sint,
Xcegoros & Lesbos & Mitylenæo dicti.
Itaque.

Manus 1. extendantur decenter
absque gestulationibus. 2. Sint sine stro-
phiculis, & ejusmodi alijs. 3. In motu
incipiat manus dextra à parte sinistra,
& in dextra deponatur, sed non refer-
riat. 4. Sinistra manus gestum non
facit, sed dextra se plerumq; accommo-
dat. 5. Nisi in aversationibus & abomi-
nationibus, tum enim sinistra sola aver-
sa utitur. 6. Ingemiscendo manus jun-
gimus, sed in lamentationibus junctas
demittimus; in invocatione & exclama-
tione, sublevis in cælum oculis, erigimus
7. Manuum compositio scenicorum est &
gesticulatio omnis ridicula & fatuorum.
8. Palmam aliquando pectori decenter
admoventur in rebus religiosis 9. Itin-
que in deplorando, exclamando &c. 10.
Olim varia in digitis argutia fuerunt

C. BARTHOLINI

nostro saeculo. & moribus nihil convenientes. Ori admoveere & subito removeere solemus hodie in honore exhibendo: Indice certum aliquid denotare: omnibus vero partes varias quasi assignando aservare.

FEMUR venuste ferire in indignationibus olim decorum erat, nostro saeculo non itum.

GENUA recta sint nec extendantur.


PEDES æqui & diducti sint paululum: (Nam nimium, Thrasonicum) vel procedens minimo momento sinister,

2. Incessus rarus nec ita longus oratoribus veteribus usitatus fuit, ubi suggestum amplum & spaciosum fuit, mulei iudices, aut multe in senatu, aut in concione plurimi. Hodie vero discurrere ridiculum. Et olim etiam circumcursationem Flavius Vargin in quodam festivo ridens, quaesivit, quot millia passuum declamasset. 3. Frequens in utraque partem nutatio & alterna vacillatio inepta est; quam

in Cels.

in Curione irridetur Cicero & Jul' Ca-
 sar etiam, cum quæreretur quis in lintre lo-
 queretur. 4. Pedum supplotio olim in con-
 tentionibus incipiendis & finiendis oportu-
 na & decora, hodie histrionica est. 5.
 nostris moribus & temporibus usitata
 est alternata genuum flexio, qua pe-
 dibus sonum aliqualem quasi plausum
 edentibus reverentiam contestamur, si vel

Dei vel magni alicujus herois, regis
 vel principis mentio nominete-
 nus incidat.



Index Capitum.

PRO OREMIO DE DEFINITIONE & Divisione Rhetorices.

PARS GENERALIS,
quæ de Suada interna.

Cap. 1. De veris Troporum fundamentis in genere & in specie.

Cap. 2. De Tropi Definitione & Divisione.

Cap. 3. De Troporum Efficiente & Materia.

Cap. 4. De Regulis variis ad intellectum Troporum facientibus.

Cap. 5. De Metaphora.

Cap. 6. De Ironia.

Cap. 7. De Matonymia.

Cap. 8.

Cap. 8. De Synecdoche.

Cap. 9. De Troporum accidentibus
generalibus.

Cap. 10. De Tropis tam quam pe-
culiaribus vulgò existimatis.

Cap. 11. De Figuris in genere.

Cap. 12. De figuris dictionis conti-
nuatae.

Cap. 13. De Figuris sensus seu sen-
tentiae in genere.

Cap. 14. De Figuris sensus seu sen-
tentiae in specie, & primo de
figuris alloquij cum nos ipsos
vel alios alloquimur.

Cap. 15. De Figuris responsori-
is.

Cap. 16. De Figuris Explicato-
ris.

Cap. 17. De Figuris amplificato-
ris.

Cap.

Cap. 18. De Suadu interna secundaria.

Cap. ult. De variis generibus ornatè potenterque dicendi.

PARS SPECIALIS

Cap. 1. De Snada externa in genere.

Cap. 2. De Vocis moderatione seu aptâ pronunciatione.

Cap. ult. De gestu.





360





Inches

1 2

3 4

5 6

7 8

9 10

11 12

13 14

15 16

17 18

19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ASP. BARTHOLINI
ETORICA

adato Sereniss. Dania,
Norvegia &c. Regis

EDITA
holic Cathedralibus
& Collegijs

n Gratia & Privilegio



HAFNIÆ,
erò ex Hallervordiano
bliopolio Rostoch.
NO M. DC. XXX.